
HENRICI BORBONII PRIMI FRANCIÆ PRINCIPIS

IN GALLIAM NARBONENSEM ET AQVITANIAM

ITER.



BLITERIS SEPTVMANORVM,
Ex officina IOANNIS MARTELLI Typographi.
CIↃ. IↃC. XXIIX.

VRBANO OCTAVO
PONTIFICI
OPT. MAX.

DEDICATIO.

T*ERRARVM* Cælique potens, cuique infera ſubſunt
Tartara, Chriſtiadum Rector, qui Regna tueris
Quæ Reges ditione premunt, ſceptriſque gubernant,
Accipe Borbonidæ Mauortia Principis Acta,
Sparſáſque incenſáſque Vrbeis, *caſoſque* Rebelleis
Atque propagatos Fidei *inter prælia ritus*;
Imperijs ex quo LODOICI *huic* Gotthica *ceſsit*
Francia, Aquitanis *Regióque habitata* colonis
Vtraque reſtituenda ſui, vnde receſſerat olim,
Sub leges Domini. *Fors, quantô hæc tempore tanta*
Geſta, rogas? OBITER. *Decies vix lumine* Fratris
Ora Hecate *impleuit. Non* Propugnacula *muris*

ã ij

Addita, *non altô ſtagnantes gurgite* Foſſæ,
Non Propugnantum numeroſa acréſque phalanges,
Æneáque *æthereos* Tormenta *imitata fragores*
Injecêre moras. Vix *ille tot oppida* vidit,
Vt cepit, Regiſque *ſui ſub* iura *retraxit*.

Non tamen Ille *ſuis quodcunque eſt viribus actum*
Eſſe ſuum putat; *aſt* Regis, *cui militat*, *omne*
Præſenti Genio *ille refert*, *ſubitóſque labores*
Stat pariter retuliſſe DEO, *qui temperat arma*,
Exiguôque acies numeroſas agmine frangit;
Soluit & hoſtileis animos, *ſubitôque pauore*
Exanimat, *lectaſq. manu* Cœleſtibus aruis,
Cui lubet, *in terris altè dat tollere* Palmas.

Illa quoque eſt VRBANE PATER, *tua maxima Virtus*,
Digna Deo *virtus*, Cælúmque ſolúmque ſalúmque
Et Phlegethontæo *concluſos carcere* Maneis
Summa pari regere imperiô Cui Fata *dederunt*:
Te *ſocium* Omnipotens DEVS *in ſua ſceptra vocauit*
Ac Mandata Tibi *licet*, Olli Summa poteſtas,
Mens *tamen vna eadem* Vobis, *eadem vna Voluntas*.
Hic *quæcunque Polo ſancit*, Sancta *omnia Terris*.
Tu *quæcunque Solo ſancis*, Sancta *omnia Cœlis*.
Ætherea Hic *Terris ductos ab origine* Reges
Deſtinat, *& varijs* Mundi *diſcriminat oris*
Qui Populos et Iuſtitia & Pietate *gubernent*.
Quæ tua cura *foret grauior*, *regeréſque labanteis*
Conſilia in melius referens, *grauiore grauatos*

Sorte leuans, opibúsque iuuans, Populósque rebelleis
Et coniuratos Dominorum *euellere sceptra,*
Quâ monitis *quâ* fulminibus *sub* iura *vocares.*
Iustitiâ ille *potens*, Marte ille *potentior*, *armis*
Qui modò Rex Francis LODOISIVS imperat oris,
Deliciæ Ille *tuæ*, Gnatósque *ardentiùs inter*
Quos Tibi Sponsa *dedit cælesti* Ecclesia *partu*,
Præcipuô Gnatos *inter*, *quem stringis amore*,
Quas Curæ, Studioque, *indefessoq;* Labori
Quas Lacrymis Precibúsque tuis, *quibus æthera pulsas*
Conciliásque suis præsentia Numina *votis*,
Gratus habet grates? Nam quòd iam sæpius Anglos
Vicerit, et laceras cæsô cum milite Classeis
Merserit Oceano, *Scotôque cruore profundum*
Ille colorârit pelagus, pérque hostica tela,
Pérque Catenatas *immani more* Carinas
Ænea *per* Tormenta & *fulmineô contortas*
Ore pilas, tutò tenues transuexerit alnos,
Atque laborantem fame sustentauerit Arcem,
Quodque Caledoniâ cinctam Terrâque Mariqne
Soluerit obsidione Ream, *vanaque tumentem*
Spe Bukinkanum *naualia ad alta fugârit,*
Ingentique truces prostrârit strage Britannos.
Quod Mare *frænarit*, Rupellanámque *iacenteis*
Quà spectat terras, quâque alternantibus æstum
Fluctibus alluitur, Indagine *cinxerit* Vrbem;
Nunc etiam captâ potitur; *quam mille Carinæ,*
Tótque etiam tantis armati viribus olim

Nequicquam Reges *oppugnauêre rebellem.*
Acceptas *per tot belli discrimina* Palmas
VRBANI *ille refert votis precibusq;* Parentis.
His opibus vicit LODOISIVS; *his quoque vicit,*
Illius auspicijs Volscas *qui contudit hosteis*
Dilectus Tibi CONDÆVS, *quantôque rebelleis*
Robore Tectosagas *domuit*, *cælestibus illi*
Tantum accersisti, Diuine VRBANE, *fauorem.*
Hic SANCTO PATRI *nè qua olim ingrata benignum*
Lethæis facinus mergant obliuia lymphis,
Suscepto ex Voto Gratúsque Voléńsque Libénsque
Hanc *ideô* appendit Tabulam *Tibi*. Gloria Facti
Si qua sui est; *parte tota est tua* Gratia *Laudis.*

SCRIBEBAT

SANCTITATIS VESTRÆ IMPERIIS
Filius & seruus obsequentissimus
IO. HENRICVS AVBERY BOIVS.
SOC. IESV R.

EIDEM.

C*VI dicat hoc* HENRICVS *opus* Cantator, *eidem*

Hoc dicat HENRICVS Belligerator *opus*.

Nam bellata tibi ſunt hæc à PRINCIPE bella;

Cantantúrque eadem Carmine Bella tibi.

Nè tamen eſſe putes qui ſcripſit & egit, *eumdem*,

O Pater à ſummo Prime colende DEO:

Prælia qui fecit PRINCEPS, *eſt alter* Achilles:

Prælia qui cecinit carmine, Mæonides.

A. BOHYRÆVS.
S. I. R.

IN HENRICI BORBONII
PRIMI FRANCIÆ PRINCIPIS
ITER.

Deſcriptum à R. P. Io. HENRICO AVBERIO S. I. R.

GENEROSA facta carmine & docta & graui
Mirabere ſcripta quiſquis hæc; æquum ſcias
Ut Geſta Primi Principis *qui ſcriberet*
Sui Poëtas ſeculi anteiret prior.

A. C. B.

HENRICO BORBONIO PRIMO FRANCIÆ PRINCIPI

Bojorum Biturigúmque Proregi, Regiÿ exercitus cum summâ potestate in Galliâ Narbonensi & Aquitaniâ

IMPERATORI

ΑΕΙ ΝΙΚΑΝ.

QVÆ tanta, eáque pænè incredibilia quàm breuissimo tempore, pari felicitate iuxtà atque celeritate gessisti, PRINCEPS SERENISSIME, ex quo Narbonensem Galliam & Aquitaniam *Regiÿs auspiciÿs* summo cum imperio ingressus es, à me scripta visum & *Tuæ Excellentiæ* offer-

ē

re,& quoniam iubes, in conſpectum omnium dare. Quamquam minimè dubitem chartis mandata longè latéque diſperſa iampridem ſeſe diffudiſſe: auditione pariter & famâ *Rhenum Alpes Pyrenen* Oceanumque tranſmiſiſſe. Eſto Fama anteuerterit: præuolârint Nuntij; literæ abundè ſignificârint: Subſequor fidem confirmaturus, qui vltimus à Te miſſus, qui vidi, qui præſens interfui: ſcribo abſque laudatione, abſque adulatione, abſq; mendacio denique. Arguant, ſi valeant, ſi auſint Milites, Duces, Legionum Caſtrorúmque Præfecti. Numquàm tanti probrum contumeliamque emero. Num ſi ſolutior fuiſſet oratio, verior cenſeretur? Eadem ipſa, crede, rerum facies; diuerſus licet ac varius ſit cultus. Neque enim numeri germanam oris ſpeciem Veritati detrahunt.

Qualis porrò huius Opuſculi inſcriptio? ITER. Incredibilem rerum geſtarum celeritatem indico. Neque enim tot Vrbes, tot Arces & Caſtella munitiſſima tam breui tempore capta aut recepta quiſquam hactenùs audiuit. Eòdem quippe die vnô maxima eorum pars & oppugnata & expugnata fuit. Biduum quidem tenuit *Apamea. Regalis*, verò *Mons Montalbano* vallo, foſſis, aggeribus reliquiſque munitionū formis atque operibus vix inferior, duodecim dies obſtitit. Cæterorum oppugnationi qui Sol exortus eſt, idem ipſe expugnationi occidit. Addo duo validiſſima op-

pida intrà Solis decursionem capta.

Hæc tanta clades gentium & tantus pauor,
Sparsæ tot vrbes, turbinis vasti modò,
Alterius esset gloria ac summum decus:
ITER *est tuum,* CONDÆE; *sic* PRINCERS *venis,*
Gerisque tanta bella, dum bellum paras.

Intereâ donec PRINCEPS FELICISSIME intermissa repetas, & nouam ampliorémque Gloriæ materiam, quam certissimè æquè ac cupidissimé propediem expecto, mihi suppedites, quiescam more meo, viuamque & moriar

EXCELLENTIÆ TVÆ IMPERIIS
Seruus obsequentissimus
Io. HENR. AVBERY.
SOC. IESV R.

Bliteræ Septumanorum
CIↃ. CIC. XXIIX.

HENRICI

HENRICI BORBONII
PRINCIPIS
IN GALLIAM NARBONENSEM ET AQVITANIAM ITER.

VALIS ades quantúsque Henrice *Rebellibus horror!*
Quem vix Lugduno *egreßum, rapidique sinistra*
Littora lambentem Rhodani, *celerique petentem*
Tectosagûm fineis cursu, vaga fama remotis Tectosages, Languedoc.
Aduentum testata procul prænuntiat oris
Nutantes trepidô frænati pectore primam
Allobroges *tenuêre fidem, impulsúmque timore* Allobroges, Dauphiné.
Soyonum *intremuit, cæcôque immugijt antrô.* Soyonum, Soyon.
Perfidus hâc sceler ûmque potens crebrisque cruentus
Briso *latrocinijs capta subsederat arce:* Briso, Calumianus.
Vnde interceptis Rhodanus *quâ labitur, vndis,*
Cæsorum horrendis luttus fœdabat vtrumque

Stragibus, immanciſque agitabat flumine prædas
Hic tua odoratus iam caſtra aduerſa moueri,
Et nomen trepidis vbi Principis *auribus hauſit,*
Quis tum animo ſedit pauor? aut trepidantia mouit
Membra tremor? denſæ per opaca ſilentia noctis
Aufugit, & vacuas tibi milite deſerit arceis.
Bellũ Caſtrũ Bel Caſtel. *Tum valida heic* Belli *fugitiuus mœnia* Caſtri
Heluia ſaxa Les rochers de Viuarez. *Occupat, & linquit, pérque* Heluia *ſaxa ſalutem*
Exanimis quærit, tergo vt velociùs inſtas.
Altera lux geminas circùm vix tempora lauros
Fanũ Albani Sainct Aubã. *Aptarat, captô* Albani *cùm tertia* Fano
Protinùs acceſſit, maioreſque addidit vmbras.
Indoluiſſe ferunt, ſimul obſirmata Rebellis
Pectora turbæ audis, & non ceſſura rotatis
Mœnia tormentis, quamquam quaterentur & omneis
Colligeres iras, Princeps, *nec ſe arce tueri,*
Aſt animis; vnam immeritâ pro laude paciſci
Stare ſibi mortem: quicquid crudele minentur
Imparibus numero ſors & tua Principis *ira.*
Tanta igitur rabies ollis, letique voluptas
Inſanos, inquit, ſtimulat? perrumpite vallum:
Hinc inde admotis muros conſcendite ſcalis:
Et ſummo meritam cineri date protinùs arcem.
Falſi Burgi legio Le Regimẽt de Falsbourg *Fit via vi:* Falſi *foſſas* Mouortia Burgi
Exuperat legio, vallúmque immane reuellit.
Vectibus hi portas pulſant; hi mœnia ſcandunt.
Quanta propugnantum ſtrages tunc edita! quantus
Cæſorum rubro manauit flumine ſanguis!

Vix auido ingentem miles certamine prædam
Diripit, vt ruptis volitant incendia tectis.
Vt neque te antiquis memoranda Vienna *moratur*
Mœnibus, Ausoniô *nec culta* Valentia *Iure*:
Sic neque te Sanctus *cui nomen* Spiritus *olim*
Indidit, vrbs; *neque* Pontificis *ditione sacrata*
Et muro & cultis illexit Auenio *templis*.
Non opibus validâque potentior arce Tarasco
Aduersæ vasto horrendas molimine turres
Belliquadræ *objiciens, interjectúmque rapaci*
Oppositas Rhodanum *incursantem flumine ripas.*
Non Arelas *portu celebris geminoque Theatrô*
Detinuit, centúmque frementes plausibus vrbes,
Quas celer affusis Rhodanus *præterfluit vndis.*
Linquis vt à tergo Salyas, *tum protinùs altas*
Transmittis Fossas Marij: *vix mœnia vestri*
Structa Proauctori generis, queis Mortuæ *auito*
Nomen Aquæ *dederunt Maiorum idiomate faustos*
Ingrederis super applausus, displosáque centum,
LaVarannæo *Duce, fulmina tormentorum.*
Coniugis *hic* Frater *quantis tibi colla lacertis*
Strinxit & optatos auidus se fudit in armos
Mommoranciades? *fidum illud pectus*! *amórque*
Tectosagum! *sacra* Fidei *inconcussa columna,*
Regúmque *imperijs natus*! Regi *inde receptum*
Marte tuô, vix quinta seges præciditur, intras
Lunellum, *in te omneis gratum quod fundit honores.*
Certus adest auctor Viridi *cessisse* Rebelleis

Vienna Allobrogum Vienne.
Valentia Valence.
Fanum Spiritus Le S. Esprit.
Auenio Cauarum, Auignon.
Tarasco, Tarascon.
Belliquadra Beaucaire.
Arelas Arles.
Salyes aut Salyi, La Prouence.
Fossa Marij La Camargue.
Castra Marij Aigues mortes, vrbs condita à D. Ludouico Rege.
De la Varenne.
Dux Mommorancius occurrit Principi.
Lunellum Lunel.
Vallis viridis Vauuert.

Duc de Ventadour. Nemausus. Nismes.

Valle (*tuâ hac multâ vix expugnabilis arte*
Ventadoræ *domus*) *vicinæ fraude* Nemausi;
At celer eripuit raptam quantocyus arcem
Principis *aduentus, suasitque abscedere furto.*

Vistrius. Le Vistre Fluuius.

Velâuit nox atra fugam, sed nocte fugaceis
Vindicibus turmas absorpsit Vistrius *vndis.*

Queleum, Le Quela.

Nec mora fraude pari captô cessisse Quelæo
Lenta Nemausæas repetenteis castra coborteis
Nuntia præcipiti narrabat littera cursu.

Dux summus Caluinianorum rebell.

*Quam*quam *in subsidium numerosô instare* Rohanem
Milite certa fides: non has vallata morantur
Mœnia: non alto stagnantes gurgite fossæ
Attollunt animos; vireisque ingentibus auget
Multifidus paullò muris proiectior agger.
Sic animos hosti Princeps *sine vulnere tollis,*
Absensque exanimas. Tantus vel nominis horror!

Mons Puellarũ, Monspessulanus. Montpelier. De Valencé. Du Fossé. Volsex. Le bas Languedoc. Nitiobriges. Le païs de Montpelier & de Frontignan. Agathe, Agde. Biterræ, Beziers. Narbo, Narbonne. Carcasso, Carcassonne. Rhauraris fluuius, Heraut.

Inde Puellarum Montem *transcendis; hiulca*
Qua quondam intuleras laceratis vulnera muris
Trospiciens læuâ, fido meditata patescit
Arx Vallancæo, *vigilantis cura labórque*
Fossæi. *Non te rapido feruentia Sole*
Littora Volscarum *& siccis* Nitiobriges *agris:*
Non Agathe, *celsôque minaces colle* Biterræ
Martius *aut* Narbo, *geminâ neque distinet vrbe*
Carcasso. *Cùm te primum sensere profundis*
Emersi lacubus, simul indoluêre, sinúmque
Rhauraris, Obrys, Atax *lachrymis lauêre, comasque*
Mæstô indignantes soluêrunt vertice Nymphæ:

Ut tua non plenô ore sibi datur ora tueri,
Fulmineæque instar volucris vidère petentem
Tectosagas; *ripásque vagi insedisse* Garumnæ.
I pete Tectosagas, *magnámque inuise* Tolosam,

Obrys fluu. Orbe. Atax fluuius, Aude.

Vna ait è numero, quò te Lodoisia *primùm*
Imperia accersunt; *nostras, sic auguror, olim*
Inde reuisurus factis illustrior oras.
Tunc quoque densa noua circum tua tempora frondes
Antiquis geminatæ ibunt. *Te* Fuxia *tellus*
Albiáque *expectat toties deserta; suisque*

Fuxium, La Comté de Foix. Albia, Albi.

Iam toties exhausta opibus, dum immane propinquæ
Heu! vrbis nimiùm miseræ depellere frustrà
Officiosa iugum gentis ceruicibus optat.
Et tua semianimes lachrymisque per ora refusis
Arma Vabræ *implorant seruatorémque requirunt.*

Vabræ in Ruthenis.

Hæc polluta suis immergere fontibus ora
Conqueritur Pontem *temeratis* Dordona *lymphis.*
Inde Geneuæis quod Sorga *paludibus hausit*
Eructare lutum, socio cùm junctus vterque
Agmine præcipitis propellunt flumina Tarnis.

Pons vrbs, Le Pont de Camarez. Dordona flu. Pontem Vabrásq. alluês. Dordon. Tarnis, Le Tarn flu.

Perge modò, aduersis Princeps nè frangere damnis,
Si qua tibi infesto distringat numine Mauors;
Forteis illi animos vna explorare voluptas.
Perge, inquam, & patriũ memori Allen *mente reuolue*
Incinctum Herculeis *geminatâ voce* Columnis.

Allen dictio addita Symbolo Ludouici Borbonij Ducis III. id est Allons,

Iam centum trepidis nutant tibi perfida muris
Oppida, supplicibúsque orant tua fœdera votis.
Illa inconcussum Regi *obsequiúmque fidémque*

Testantur, damnántque nouos, quos Hæresis olim
Supposuit Fidei *errores, verúmque salutis,*
Quod monstras iter, haud aliò doctore sequuntur.
Quem virtus decorat; nulli victricibus armis,
Doctrinæ & Virtutes Principis. *Doctrinâ nulli, nullì Pietate secundum.*
Hâc te fatidicâ, Princeps, *dea voce sequuta*
In reditum vitreis vdum caput occulit vndis.
Mons Maurus Montmaur. *Tune etiam* Mons Maure *moras velocibus orsis*
Principis *obiicias? torrentis sistere cursum,*
Et rapido speres Aquiloni imponere frenos;
Illius vt celeres anteit Victoria *passus*
Blandior, & virides præcingunt tempora lauri?
Principis *aduentum* Montis *prædo aduena* Mauri,
Vtque Tolosanâ attonitus præsensit ab Ætnâ
Tracta quatergemina in Castri tormenta ruinam
Intremuit: captásque tuis quas spargere posses
Fulminibus, blandè latronibus eripis arceis.
Carior ingenti vita est tibi militis aurô.
Tolosa Tolose. *Ergo tenes cupida tandem exoptata* Tolosæ
Mœnia, Quis plausus populi? quàm festa Senatus
Gaudia? quanta tibi occurrit, quantòque paratu
Nobilitas! viso quàm fausti Principe *Soles!*
Quam lauta insomnes ducta in conuiuia noctes?
Quid memorem Regis *dum iussa edisseris, amplam*
Princeps in Senatu. Palladiæ *vt* Themidos *stupefactis* Patribus ædem
Eloquiò impleſti? Non tanto fulmine linguæ
Romuleum abduxit Pellæi *in vota Senatum*
Thessalus Orator, cui nulla obliuia rerum

Abduxêre animum. præsénsque per omnia semper
Ingenium, immemori cui nil quoque tempore raptum est.
Quas tibi sollicitus dignas persoluere grateis
Euictô de iure Reus queat? omnis in vnum
Si Iudex caput inclinat, damnátque nocentem
Tu contra legum argumentorúmque procellis
Absoluis miserum, & contraria pectora flectis.
Visendis Pietas constans tua cognita templis:
Iustinianæa te dissociata ligantem
Iura Schola sua suspiciunt: nec Gordia legum
Vincla volent aliô quàm te Doctore resolui,
Hi faciles laudant aditus, frontémque serenam,
Sidereámque oris speciem: dum sæpè serenas
Aut verbo aut oculo deiecta nubila mentis.
Ad Martem Martis *signatus nomine mensis* IV. Non. mensis Martij Tolosâ ad Apameæ oppugnationem proficiscitur.
Te tandem, Princeps, *vocat; vt Borealia blandis*
Frigora soluuntur Zephyris. Iam Thracia pellex,
Qua latuit terrarum, Aquilo dum viscera dura
Adstringit glacie in nostras Libyâ euolat oras.
Audin' terribili vt circum clangore tubarum
Æthra fremit, roboántquè graui caua tympana pulsu?
*Iam turmæ coëunt Equitum Peditúm*que *cohortes:*
*Arma horrent hum*eris, *horrent hastilia dextris:*
Hinnitúsque auditur equûm, *clamórque virorum.*
Iamque Duces præeunt: iam versicoloria cælo
Signa vndant latè: iam formidanda trahuntur
Ferratis tormenta rotis. Te Fuxia, Princeps, Foix.
Aduocat & merit*as capiti parat obuia lauros.*

Mazeres: Sauerdun. Mãſus, Aſyli. Le Mas d'Aſil. Carlatum, Le Carlat. Apamea, Pamiez.

Mazeriæ *trepidant*, Sauerdunúmque *pauore*
Exanimum titubat: Manſum *quoque ſummus* Aſyli
Horror habet: nec Carlati *tremebunda propinqui*
Mœnia te contrà ſtabunt. Sed perfida primùm
Det pœnas Apamea, *ſuo quam nuper ademit*
Pontifici inſanus plebeiâ fraude Rohanes.

Henricus de Sponde Præſul Apameenſis, Annalium Baronij abbreuiator, luſtrali adoptione Henrici Magni filius.

Progrederis Princeps, *cuius lateri arctior hæret*
Ille quatergemino doctrinâ cognitus orbi;
Clarior at ſummo Antiſtes Pietatis honore
Spondanus, *quem Cantabricis notiſſima terris*
Mauleo *progenuit*, Magno *chariſſimus olim,*
Aurea dum ſinerent Stygiarum penſa ſororum,
Henrico, *cuius tulit hic de nomine nomen*
Henrici, *ſacrúmque dedit tibi* Francia *pignus.*

Palladia, Toloſe.

Palladiâ *egrederis fulvis ſpectandus in armis.*
Ordo omnis fauſtóſque piæ pro Principe *matres*
Sollicitant votis ſuperos. Ruit acta iuuentus,
Nec geminata audit remorantum iuſſa Parentum.
Tantus ineſt animis ardor Duce ponere tantô
Dulce rudimentum caſtrorum atque inclyta primæ
Militiæ auſpicia & Martis tolerare labores:
Cui nempè haud aliàs tanta data copia laudis:
Nec grauiore vnquam ſudauit puluere virtus.
Palladiæ *fugiunt turres: conraditur altum*

Aurigera, Fleuue, L'Auriege. Alta Ripa. Haute-Riue. Fanũ Gabellæ, Saincte Gabelle.

Aurigeræ *littus, iámque* Altæ *mœnia* Ripæ
Ante oculos creſcunt, hâc decreſcente Gabellæ
Aſſurgit Fanum, *quaque altior æthera celſô*
Arx apice adlambit, ſuperátque cacumine nubeis

Objacet

bjacet vlterius Mons *progredientibus* Altus
azerias *inter* Sauerdunumque *parique*
:lsum Apameam *inter tollens caput interuallô.*
'extrà Apamea *amplos vix explicat æquore muros*
uæ simul ac modicô signa exundantia cliuô.
'dit, & aduerso lucentes Sole phalangas?
'dit & ingemuit, subitóque excussa tumultu
'uta penè suis sunt mœnia fundamentis.
unc quoque turbatos reuocatô flumine cursus
'ediderim Aurigeram *ancipiti flexisse pauore,*
' Pyreneo caput occuluisse sub antro,
ccoque exanimos iacuisse in littore pisceis.
Languidior cursu Oceanum penetrârat anhelis
hœbus equis, cœloque fugata reduxerat astra
'ox ferrugineâ vultum circumdata pallâ.
Stona aptantur quâ circumfusa palustri
orta lacu est Helenes*: muris tormenta duobus*
uditur in speculas primùm: librantur hiulcos
cin tota in muros. Blancardi *nomine* Sancti
xiguô intereà quod struxerat hostis ab vrbe
'uulsum spatiô Castrum dum cingit, & acre
ommoranciades *contrà mouet arduus agmen,*
'ic ipsum ignitô catapultæ fulmine adortus
ommoranciadem *dum strictô fulminat ense*
t sequitur, plagásque oculis flammantibus infert,
ccupat hostili diuisus ab agmine miles:
't mortem, quis enim si fas moriatur inultus?
ı caput instantis (superi hanc auertite pestem)

B

Mons Altus, Montault.

Aurigera flu. Apameam alluens, L'Auriege.

S. Blancard.

Mõs Oliuus, Montolin. Dux mommorantius.

Letiferi accenso iam fomitis igne retorquit
Librabat, ruit ille ferox, strictóq; librantem
Ense petit, sternitque & plurima corpora victor
Dat lecto. Dextrâ sæuis spectatus in armis
Ragnius, Le Marquis de Ragni. Ragnius; *at læua vix pubescentibus annis*
Fiemarco, Le Marquis de Fiemarcon. *Primi auidus belli* Fiemarco *hostilia fundunt*
Agmina. Prostrati repetens heic funera fratris
Frater vt infensum iuuenem videt; ille dolorè
Et rabie fera corda tumens speculatur & altam
Destinat in frontem letalis pondera plumbi.
Labitur & tergo incumbens certantia pulcris
Fiemarco cuisus. *Lumina sideribus claudit. Sic occidit ictus*
Pulcer Apollinei transuersô pondere saxi
Inuidiâ Zephyri. Oebalides sic virgine cretus,
Cui tenerô præcox ardebat pectore virtus,
Oedipodionijs iacuit puer inclytus aruis,
Hic tuus heu! Atalanta dolor. Sic Dardana circùm
Moenia pugnantem danaûmque auersa fugantem
Agmina, Myrmidonumq; horrendâ strage cruentum
Troilon Æmoniæ tardauit lancea dextræ,
Thymbræo effusum campô. Gemuêre frequentes
Interitum Iuuenis proceres. Nec linquit inultum
Mommoranciades *facinus, media agmina rumpit*
Et multos Stygias vltor detrudit ad vndas,
Castrorumq; arcto fugienteis aggere claudit.
Montolion. *Hæc vbi* Oliuiferi Montis *sub prona geruntur*
Culmina, fulminei murorum proruta fossis
Saxa tubi spargunt. Idem qui Phœbus Eois

Prosiluit, nondum Hesperijs se merserat vndis
Vidit vt hos summo deiectos culmine & altis
Saxorum æquari fossis vallumq; ruinis.
Prouectus medium Titan transmiserat axem,
Vt Normana *datô* Legio *infima mœnia signô*
Occupat, atq; altas traïcit saltu alite fossas;
Quam læuâ Lotharinga *acies lectô agmine stipat.*
Hayus (*huic pulcra dederunt cunabula* Blæsæ) Le Sieur de la Haye Aide de Camp.
Dum vallum armatus superat, muroq; propinquat
Traÿcitur plumbô iugulum: nec dispare fatô Le Sieur de Montdeleu Capitaine de Falsbourg.
Mon-Iocus *appetitur, geminâ cui brachia glande*
Oráque displosô bis fistula sauciat ictu.
Belfortis *quid agat? melior quid Marte reuoluat* Belfortis & Aurosius Caluiniani.
Aurofides, *ruptis patefactam vt mœnibus vrbem*
Attoniti adspiciunt? fractæ malè conscia plebes
Quid Domino *fidei? Celeres timor omnibus alas*
Addit, & interno percussi corda pauore
Aufugiunt miserumq; trahunt trans mœnia vulgus. Vulgus cum Ducibus dat se in fugam.
Certus vt Aurosium Belfortiadenque, *metuq;*
Cum ducibus populum exaninem cessisse relicta
Rumor ab vrbe tulit: perrepentémque reflexos
Turbam altè scopulorum aditus, calleisque viarum,
Prouidus extemplò rapidi trans fluminis vndam
Immittit Princeps *equitem fugitiua prehendunt*
Agmina & innumeram retrahūt sub vincula plebem. Innumera vulgi multitudo comprehenditus & reducitur.
Permisti senibus iuuenes, matrésque, nurúsque
Et male-tuta suum propugnatura pudorem

Virgo agitur. Videas miserum! pendentia Matrum
Pignora ab vberibus; teneris colla ille lacertis
Stringit; at iste manum; Iacet hic tremebūdus anhelo
Pectore, & exanimæ languentibus excidit vlnis.
Non secus ac terris vbi feruidus ingruit imber,
Aut segetes stratura ruit grauidô æthere grando,
Solliciti hinc atque hinc diuersa armenta gregésque
Her*bosis reuocant Pastores ocyùs agris*
Nunc glebâ iniectâ, nunc voce ad ouilia cogunt:
Nulla ætas, nullus lachrymis populi abstinet ordo:
Irruptio legionum in vrbem. *Confusis resonat quassata vlulatibus æthra.*
Intereà quà porta patet, quâque ænea latam
Mœnibus inflixit diruptis machina labem;
Expositam cupidus miles prorumpit in vrbem
Antiquis Apamea *opibus spoliatur, & ingens*
Quæ fuit & locuples, alienísque aucta rapinis
Euomit exhaustâ, quæ quondam absorpserat, aluô:
Nec tantâ superest nisi fœdum ex vrbe cadauer.
Siste gradum miles, nec totum exprome furorem.
Sta prædæ; prohibéque manus à cæde: Puellis
Stet sua virginitas, nuptis pudor; ignea parce
Direptis, vetat hæc Princeps, *Incendia tectis*
Spargere: Restituenda suo est Apamea *fugato*
Pastori, & primo Grex includendus ouili.
Ingredere ergo tuas longè melioribus olim
Principis *auspicijs*, Pastor *meritissime, caulas.*
Exanimis miserere Gregis, rabidísque luporum
Faucibus extractum serua: inueterata salubrj

Vulnera qui proprijs meliùs tibi nascitur hortis,
Quàm quem Dyctæâ progignit Creta sub Idâ.
Dictamnô medicante leua. Non gramina desunt,
Qualia Peliaco Chiron decoxit in antro:
Quæque salutiferis Epidaurus procreat aruis,
Non ars quâ primæ confectum ætate senili,
Restituit socerum nurus exorata iuuentæ.
Diuinô ambrosiæ succus tibi defluit ore,
Æternæque suis florens Panacea salutis
Succrescit manibus. squalorem absterge, grauèmque
Quâ scatet, impetigē, cancrúmque interna vorantem
Viscera tolle, vacillanti vestigia firma,
Et Veræ *rectô* Fidei *quem deuius error*
Calle diu abduxit, flexâ, quam dextera gestat
Et virgâ retrahe, & titubanteis dirige gressus,
Languentémque fame meliora in pascua mitte.

Pedo Pastorali Pastoris munus adũbratum.

Ecce autem quæ summa tibi victoria Princeps
Scrutantem latebras fractúmque labore viarum
Horrendas inter vepreis pronô ore iacentem
Belfortem *velox intercipit* Arnaldinus.
Bausulus Aurosium *retrahit*; *Populi ille procellam*
Et Patriæ exitium Pratum *rapit*; *ora tuêre*
Quæ vix pallor habet? vibrantia lumina tædas
Et totô furias spiranteis adspice vultu.
Quis scelerato auidus latitat sub pectore vultur?
Quis Superis Patriæque aut Regi *infensior hostis?*
Dirorum extremum scelerum cui conscia sensum
Mens adimit: furcam ille suas (vox præscia quondam

Pratus du Prat primus vrbis Consul

Hæc fuit) ante adeis posuit, quem pendulus Aman
Ipse sua infamis moriturus mole grauaret.
Te tua pendentem ante tuas Apamea *prophetes*
Læta foreis spectet, doleátque extrema merentem
Non flammâ, aut culeo insutum periisse sub vndis.
At vos, perfidiæ populo, paritérque ruinæ
Auctoréſque, ducéſque, agedum, vox anxia dudùm
Expectat meritô sociósque Tolosa *theatró.*
Jte ergo; à tergo manibus procedite vinctis:
Jquoque tu partæ augurium haud ignobile laudis
Palma interduce, qui capti Tolosam deducti sunt. Palma *triumphalis palmaris gloria pompæ.*
Vos Princeps, *vrget victor quò maxime* Princeps
Progrederis? non plena tibi victoria constat:
Nec dum etiam posuit penitùs sua Fuxia *vincla.*
Colla quatergeminis etiamnùm horrere catenis
Adspicies siccus, nec vincla prementia solues?
Solue, potes: non est libertas iusta, quaternæ
Vt miseram stringunt torques. Nil profuit vnum
Alcidæ Arcadio caput exsecuisse draconi.
Mansus Asyli, Le Mas d'Asil. Mazeriæ *superant* Sauerdunumque *supremos*
Vertendum in cineres, superest tibi Mansus Asyli.
Hic nostrâ clade exultans, pulsisque superbus
Nec dum vltus castris. Non vlcisceris? inultum
Opprobrium latronis erit? non fortia bello
Pectora, non desunt vires, milisque, ducésque
Cælicolûmque tuis plaudentia numina cœptis,
Et grassatorum spelunca, auctumque rapinis
Carlatum, Le Carlat. Carlatum *superest. Nunquam tibi pronior olim*

Vrbis in exitium parque expectanda facu'tas
Quis facileis frangit palmas? quid longiùs ambis,
Quas propior Fortuna parat Tibi plectere lauros?
Nempe alius, cari cui corda potentiùs vrit
Cura Gregis veteri Pietate et sanguine clarus
Delbeneus, *Te quem penes est, cui fata dederunt* Alfonsus d'Elbene II. Episcopus Albiensis.
Turbatos sacris Pastores reddere caulis,
Te supplex ad se, conclamatámque suorum
Euincendam Erebo tua, Princeps, *arma salutem*
Albius *Antistes precibus trahit: vltima* Regis
Iussa mouent, vrgéntque moras, orsisque repugnant.
Albia *Iamdudùm hæreseon agitata procellis* Albia, Albi.
Vnius seruile iugum tolerare coacta
Vrbis & immaneis iras, cladeisque, ruinasquè,
Exactos laribus populos, villisque colonos,
Dilaniata comas lacerâque à pectore pallà,
Squalidaque illuuie, lachrymisque rigantibus ora,
Procumbénsque tuis genibus, tremebundaque. taleis
Mæstô interceptas depromit corde querelas.
Cælicolum gens, Borboniæ *Flos inclyte stirpis,*
Tectosagum *qui nostra tenes confinia* Princeps,
Misse polo Pro Rege *mihi regionibus istis.*
Tot votis quæsite Heros, miserere meorum
Quæque graui fœtent purga mea vulnera tabô.
Hei! mihi letiferam gemini non Marte secundo
Tentauêre duces nuper depellere pestem.
Phœbô opus est; leuiore manu non tollitur iste
Morbus & humana ridet medicamina dextræ.

Vrbs est Regalis *falso quæ nomine* Montis
Dicitur, in Dominos *aluit quæ semper iniquam*
Mentem odiúmque suos. Planô iacet æquore murus
Hesperiô quâ parte rotas Sol æquore tingit
Adsurgunt molles cliui. Prospectus ab Arctô
Dodona flu. Dodon. *Liberior; paullò leuiore remotior amne*
Dodona *succingit reliquum latus; vnde marinæ*
Tethyos emergens gremio caput aureus effert,
Luminibúsque orbi radios sol diuidit æquis.
Diræ huius, dicámne? vrbis, bissena colonus
Lustra meus numerat, quô Geneuæa per omneis
Irrepsit pestis sanos quæ polluit artus.
Ex illô sanctos Christi mactare Ministros,
Spargere templa solô; Diuûm delubra supremis
Deturbare locis: aras euertere, priscis
Seruatos Patribus ritus damnare: nouósque,
Tartareis ducibus, malè mundo inducere cultus.
Hic dolor est. Vastasse agros, laribúsque colonos
Detrusisse suis, properasse incendia villis,
Tot prædas egisse: occulta & aperta viarum
Cædibus & latrociniis temerasse nefandis,
Hic minor est. Miserã tanta inter damna, tot inter
Quas dudùm patior cladeis, traducere vitam.
Sic liceat, Princeps*: sed* Diuûm *vlciscere probra,*
Imperium Legum spretúmque vlciscere Regem.
Perde hosteis, vrbémque suis inuolve ruinis
Tota cat in cineres, ac nè quâ parte supersint
Relliquiæ illius, sparsis rastrum imprime muris.
Com-

Commuta Tumulô Montẽ; Tumulũm immò resolue
Planities esto: non sit, non infima vallis
Sed Sodomes incestæ instar, Stygialis Auernus
Diductâ tellure, immani absorbeat haustu.
Ipsa suas offert tibi opes vitamq; suorum
Inuisam cœlo & terris vltrò Albia *in hostem*
Dulce huic Pro Christo *fuerit,*Pro Rege, *suóque*
Pro Populo, & Patria, Pro Libertate *decorum,*
Votum immò, infestis animam effudisse subarmis,
Regalique *eâdem inuolui cum* Monte *ruinâ.*
Sic te Fuxiacis mæsti querula vrbis ab oris
Abducunt gemitus, sed quosparat Albia *lætam*
Aduentanti vrbem, meritos cur spernis honores?
Defferique vetas Princeps? *vicisse pudorem,*
Gaudeat, atque suæ, Te viso, signa dedisse
Lætitiæ liceat; nil non saluâ vrbe mereris.
At quantos tu cumque volens prohibebis honores,
Non plausus, non fausta tibi acclamata vetabis
Nomina, Proque tua *referari Templa* Salute
Et Pro Re *facilem tibi conciliâsse Tonantem.*
Ergo rebellantem stat vertere funditùs vrbem
Iámque omnis legio signis distincta propinquat.
Tuque *adeò. At quæ mens hosti, dum protinùs acer*
Hunc tuas excelso propulsat ab aggere miles,
Præcipitique fugâ trepidam compellit in vrbem?
Ocyùs instructis legionibus vndique murus
Cingitur, obliqua diuersâ ambage viarum
Ducuntur fossæ; voluuntur dolia, corbes

Terrâque opplendæ sporta, saccique parantur.
In fasceis modò nectuntur virgulta, leuésque
Carpini in crateis abeunt; Tormenta rotantur
Hinc eques atque illinc vltrò citróque vagatur.
Hi certâ quâ sub tenebrosæ tempora noctis
Auxilia obsessis instant, statione locantur.
Delineatio Regalis Môtis. *Molli vrbem interea mecum circumspice cliuo:*
Prô! superi quanta est validi substructio muri!
Quanta obstipata in murum congestio terra!
Le talus ou l'escarpe de la muraille. *Quam magno ingentes exundant flumine fossæ!*
Extima quas proiecta procul lorica coercet,
Contrescarpe. *Atque pari circùm molimine structa crepido;*
Munitúmque adeò valloque atque aggere labrum.
Quin & roboreas immani sepe vacerras
Les Pallisades. *Longurij fossas intrà longô ordine nectunt.*
Ecquid Regali *Montalbanensia* Monti
Præsidia obijcias? paribus posita interuallis
Octona adsurgunt hic propugnacula in altum,
Atque opera exsectæ speciem referentia Lunæ,
In longum hæc inter quæ protenduntur acumen:
Queis altis oppleta iterùm fossa obiacet vndis.
Adde etiam maiora tubô Tormenta, leuique
Multa modô aggesta tellure minantia castris.
Nec tamē hæc, Princeps *Mauortia pectora terrēt.*
Nil te tanta adeò congestæ obstacula molis:
Nil vallum, nil fossa duplex, nil editus agger.
Sunt Tormenta tibi grauiore boantia bombo,
Æneáque horrendas minitans tibi machina mortes.

Murorum in varias vrbis spectantia parteis
Tergeminâ hac de parte tonant, quassantq́ grauesq́ Triplex oppugnatio.
Continuò glandes certos librantur in ictus.
Iam turres titubant, iam propugnacula sparsô
Aggere soluuntur; iam fossas dirutus opplet
Murus, & ingenti panduntur castra ruinâ.
Plurimus heic hostis cadit, & fœdata suorum
Sanguine terra rubet; pauci pro mœnibus obstant
Desertamq́ cohors propugnatura coronam
Murorum, quærit latebras; & vulnera tardant
Exanimes terrore duces, malè dextra queruntur
Numina: at abiectis vltrò deceditur armis,
Nec labefactato perstandum hostilia contrà
Exclamat murô Miles; Sic dedita, Princeps,
Vrbs tibi: supplicibus vitam sic hostibus vltrò Deditio.
Das pius, hostilique tibi stat sanguine dextra
Immunis: stat & innuptis, pariterq́ maritis
Integritas nuribus, temerato summa pudori
Pœna: exacta suis iamdudum Numina Templis
Restituis; dirisque euersas hostibus aras Restitutio rei Catholicæ.
Erigis, exactúmque gregem sub iura reponis
Pastoris, sed & huic tibi debita vita salúsque,
Quem per te reuocat deserta ad ouilia Pastor.
Sic tibi Delbenee *Antistes; sic optime* Præsul,
Nullus Tartareis lupus olim erumpat ab antris,
Qui tua sanguineo malè mulctet ouilia rostro,
Innocuúmque gregem laceret: sic integer ille
Non lue, non vllô morbô scabiéue peresus

Pinguia securô depascat pascua morsu;
Blandus inexhaustô quæ Iuppiter *irriget imbre;*
Ille etiam Phrygios, Pastor, tibi commodet annos;
Huic dum Delbeneo *sedet imô corde recepti*
Cura gregis; sanctôque oris medicamine morsus
Vulneráque abstergit rabidis inflicta luporum
Dentibus: atque ouibus fœtenteis segregat Hircos.
Erigit euersos: opibus solatur egenteis,
Exanimeis animat Fideique *à tramite rectô*
Dirigit erranteis: indefessôque labore
Prospicit ipse gregi inuigilans, contraq; luporum
Insultus validis sua vallat Ouilia septis.
Principis *vt sanctum imperijs summo ardua capta*
Culmine disturbare vrbis munimina; parteis
Has qui suscipiat viciníque hostibus obstet,
Le sieur de L'Escure. *Illustris genere atque potens* Lescurius *armis*
Eligitur, quem læta suis auidè Albia *castris*
Præposuit, patriasq; dedit ductare coh orteis.
Redditus ergò tuis Regalis *vt imperijs* Mons,
Vtque solo æquatur murus: ruptô aggere fossa
Complentur, vallumq; iacet disiectaq; latè
Nulla super fusis sunt propugnacula castris,
Hostileis ingens passim timor occupat arceis.
De Ragny. Principis *auspicijs tum* Ragnius *aduolat acer*
Dubourg. *Consilijsque armisque ingens, senioribus annis*
Quem Burgus *sequitur: quater hic post dena procaci*
Marte indefessus confecta stipendia Regno,
Nec pietate minor Castris Præfecit, *vtrumque*

Spectata innumeris dudùm prudentia bellis;
Tum Castri *validam* Franci *grauioribus arcem* Castrum Francum, Castel Franc.
Tundere tormentis visum: sed territus hostis
Exorat vitam, & victori mœnia pandit.
Cæsareæ Castrum *nec inexpugnabile* Rupis Cæsarea rupes, Roque Cesiere.
Stare ausum contra, obsequijque in iura receptum.
Deditur & Calnæa *simul, gaudetq; subesse* Calnæa, La Caulne.
Intrepido Ambriadi Laberonum *ab origine clarum* Ambriades, Le sieur d'Ambres.
Ducenti genus, atque animis armisque potenti.
Mompeyraniadæ *hic frater, quem nuper opertis* Le sieur de Mompeyran
Oppressum insidijs & iniquo Marte peremptum
Relligio Regnumq; pari luxêre dolore.
Abruptô fixam scopulo tentare Vianam Viana, oppidum munitissimum, Viane.
Quid refugis Princeps*? validis circumdata terret,*
Cui vix par alia est, vrbs vndique munimentis?
Cerno situm vallúmque minax fossasq; profundas,
Et celso eductas ad sidera vertice turreis.
Immaneis cerno cumulatô ex aggêre moleis,
Illius & clausis gemina addita cornua portis.
Concaua displosis quas strageis Æra minentur
Glandibus & quæ præsidio est addicta iuuentus
Obsidium haud soluis, differs, satis esto; timebit. Dilata Vianæ obsessio.
Principis *imperijs etiam parere recusas*
Linassi*? sic ergo tuis vrbique supremum* Linassius Rebellis Præfectus Fano Seueri, S. Seuer.
Exitium accersis? quæ te dementia torquet?
Quis furor extimulat? téne hâc stolide vrbe tueri
Sperâris? Fanum *(quæ spes est tanta)* Seueri
Diruet, in cineréisque dabit, ni iussa capessas.

Principis. *At iustas vltrò in se concitat iras.*
Denegat obsegium. Duplici pulsatur ahenô
Tormento murus: ruit altô à culmine; Turres
Dißiliunt, volitantq; ingenti saxa fragore:
Ruderibus fossæ complentur: soluitur agger:
Inque ruinosam facilis via panditur arcem.

Irruptio militis in vrbem.

Hic alacer murum, quâ se vastißima pandit
Vrbs aditu, irrumpit miles. Pugna acris in hostem:
Pugna eadem ab sæuo pugnata refunditur hoste
Candida Cæruleo Falsburgus *mixta colore*
Abrupti quâ pars pendebat proxima muri,
Elatâ vexilla manu defixerat; et iam
Præcipiti miles saltu irrumpebat in vrbem;
Cùm sparsos picea et graueolenti sulfure plenos
Incendit fasceis hostis: vix addita flamma,
Spissus vt in tenueis fumus sustollitur auras.
Obtenebrat murorum aditum vapor, obstruit vrbem
Luminibúsque aufert. Sic se in sua castra, remensus
Miles iter, recipit. Iam sol decliuis olympo
Cesserat, Hesperijsque diem demerserat vndis,
Tum somno vacat hic; alius sua vulnera curat:
Effossa huic leuiter tumulus tellure paratur:
Hic vigil indulget ludo; crebrô ebrius haustu
Ille cados siccat, sibi nulla stipendia solui
Hic queritur: solos, ait, alter commoda belli
Percepisse duces: miseris aut viuere raptô
Aut sæuam tolerare famem puràque coquentem
Militibus superesse sitim restinguere lympha.

Quis tum animus? quæ tũ ſubeundæ audacia pugnæ?
Vt nullus gelida accendit præcordia Bacchus?
Vtque vndâ extinctæ languent in corpore vires?
At clamant tardos Hyperionis ire iugaleis,
Dilataſq; moras prædandæ ardentiùs vrbis.
Vna omnes viſa hæc ſpes ſolatura labores.
At vigil vt nullum obſeruat ſua mœnia circùm
Stare equitem, excubias nullas Linaſſius, *omneis*
In parteis animum voluit, nullamq; ſalutis
Seruandæ elucere ſibi ſpem proſpicit vrbis,
Aduerſum, tacitò incumbens molimine, murum
Perfodit, & vacuâ profugus dilabitur vrbe,
Incolumiſque ſubit Camareſi *mœnia* Pontis.
Intereà roſeis Tithonia vecta quadrigis
Æthera conſcendit, ruptô ſpeculator vt adſtat
Sollicitus muro, tacitæque ſilentia noctis
Aure bibit; ſtupet attonitus cumq; omnia circùm
Mœnia luminibus metitur, fortè fugacis
Militis indicio denſas fugiſſe per vmbras
Audit præſidium, vacuam & ſine ciuibus arcem
Introgreſſa acies ſine cæde & ſanguine tecta
Diripit, incendit, fœdôque inuoluit aceruô.
Caſtronouum *hinc petitur* Braſſaci *nomine dictũ.*
Colle ſitum modicô aſſurgit, ſed militat hoſti.
Hinc Princeps, *illinc ſuccedit* Burgus: *At ille*
Vt vultu auratiſque patet conſpectus in armis,
Fulmineô contorta tubô glans miſſilis aurem
Adflat, & inlæſum ſtridenti verberat aurâ.

Linaſſius clàm nocte intempeſtâ, vrbe, murô effoſſo effugit.

Pont de Camarez.

Capitur, diripitur, & inceditur Fanum Seueri.

Caſtelnau de Braſſac.

Excipit hanc sacro lateri comes additus altô
De Perrault. *Cristata conô galea* Perraltus*: inanis,*
Quem dexter Deus auertit, sic considit ictus.
Iam lôngo fessum cursu excipiebat Iberô
Titana hospitio Tethys: iam protinus orcô
Stellanteis variata sinus properabat, & atrô
Humida nox cœlum terrasq; inuoluit amictu
Arqueria, Castellum. *Vicinam* Arqueriam, Telij *domus illa rebellis,*
Legerat hospitium Princeps. *Iam fercula lautis*
Sternuntur mensis. Prior ipse accumbit, & omnis
Nobilium circum sedet indiscreta corona.
Pellitur inde fames longo collecta labore:
Liberiore alij vertunt crateras Iaccho.
Differit hic, lepidô ille iocô conuiuia condit.
Tabulati & contignationum ædificij dissolutio. *Ecce repens mugire fragor nec opinus: & altis*
Parietibus soluique trabes, tignique reuelli
Itque solum horrendo ferri tabulata tumultu.
Voluuntur mensæ permistáque fercula mensis
Casus & clades conuiuarum. *Præcipitésque ruunt conuiuæ, vnâque ministri.*
Atque abacum fulgentē aurô, argentóque rigentem
Vna eadémque rapit strages; animataque formis
Pocula crystallúmque & cætera lapsa supellex.
Prò! quæ tum facies? quæ sors miseranda cadentū?
Hic caput inuersus, dorso ille supinus in imum
Corruit; hic prono ore solum ferit: infima strati
Saxa pauimenti caput illi atque ora cruentant.
Hic tigno opprimitur, ruptis hic artubus horret:
Hinc exaudiri gemitus, clamorque ruentum,

Quos

Quos dolor excruciat; ſed vox hæc vna per ampla
Atria diffudit ſeſe, Saluuſne *ruinâ* — A cadentibus & lapſis hæc vox vna audiebatur, Monſieur eſt il ſauué.
E tantâ Princeps *ſupereſt? Nam* Principe Saluo
Regia res ſalua eſt. Nempe vna cadentibus, inter
Horrorem leti tuæ erat tum cura ſalutis,
Et cadit, heu! Princeps:*ſed ades* Dornane, *cadentē* — Sainte Croix
Qui retrahis, medium amplexus, ſubitaque ruina
Eripis, & tutâ incolumem ſtatione reponis.
Quæ tibi quæ, magni proles generoſa Parentis,
Nuper Aquitanis Prorex qui præfuit oris,
Seruatô tibi reddetur pro Principe *digna*
Gratia? quæ merces? tua tanti eſt gloria facti.
Te quoque cælicolùm fatali dextra ruinâ
Incolumem eripuit, Regi *Regnóque piiſque*
Dis carum, Neſmunde, *caput, ſapientibus armā* — De Neſmõd:
Conſiliis qui noſtra regis; quôque auſpice ſæuos
Tectoſagum fluctus inter tumidaſq; procellas
Securos progreſſa tenet Res Regia *curſus.*

HENRICI BORBONII PRINCIPIS IN GALLIAM NARBONENSEM ET AQVITANIAM ITER.

PARS ALTERA.

Castri noui oppugnatio. Castelnau.

LEVCOTHOE roseos terris reserauerat ortus
Multiplici succincta Noui *cùm mœnia* Castri
Turre, quatergemino quassabat fulmine Princeps.

Brassac ville sur l'Agoust.

Subsidium obsessis Brassaca *erumpit ab vrbe,*
Multus eques, peditum numerosior agmine miles
Vtq́ leui insedere iugo, tunc Ragnius *acer*

Le Regimét de Normandie.

Principis *imperio cunctanti occurrere iussus*
Normanámque *suis legionem abducere castris.*

La compagnie de Linieres.

Ligneridûm *ille equitum turmam Boÿq́ cateruam*

De Mógon.

Mongonis *rapit; hunc illustri stirpe* Loæus

Consequitur totô proructans pectore Martem.
Iungitur his socius florente Salignius *auô,* Saligni.
Cui genus antiquum, cognataq; sanguine virtus
Obiecit varijs iuueniles casibus annos.
Insubribus notus bellis, notusque Batauis.
Hic longè anteuolans turmæ, procurrit in hostem
Obsesso quem colle actutùm abcedere cogit.
Plumbea fulmineis diuersa ex parte subinde
Torta tubis grando crepitat: pars transuolat aureis;
Pars iugulis hæret; pars corpora traijcit ictu.
Vt verò insequitur peditum denso agmine nimbus,
Præcurrúntque hinc inde equites. Certaminis expers
Ragniaden *fronti instantem, instantémq;* Loæum
Atque solum multâ iam strage rubere suorum
Vt videt Androdeus, *rapido fugit ocyor Euro.* Androdieu rebellis.
Aufugiúntq; duces: nec quisquam sistere contrà,
Nec strictis mortem gladijs spectare minantes
Ausus; proiectis acies dissoluitur armis
Aufugiunt alæ; peditúmque exercitus omnis
Diruptis fugit ordinibus cuneisque solutis
Præcipiti vicina fugâ ad sua mœnia tendunt
Exanimes. Portas at Principis *agmen ad ipsas*
Terga premit telis fugientum, multaq; passim
Corpora dat leto, sequitúrque miserrima cædes.
Irrumpunt portis pauci, quas claudere ciueis
Ciuibus instantis præceps timor hostis adegit.
Ergo alij fossis, alij notô amne salutem
Quærere, pars spissis obiter latitare vepretis.

Pars ruptarum inter latebrosa jacere domorum
Rudera & exclusi tutis adrepere muris.
Castri noui expugnatio, direptio, incensio. *Jam patet Arx ruptô, quatiunt quâ fulmina, murô.*
Dolia *congestâ frustrà tellure parantur;*
Inque propugnandam fasceis flammasq; ruinam
Immensasq; trabeis temerarius obijcit hostis.
Inuolat his miles calcatq; incendia plantis,
Disijcit & densis obstantia septa vacerris.
Obstantémque diu propellit cominus hostem.
Dumque gradum reuocat, vicinasq; occupat adeis
Mißilibúsque aditu tectorum glandibus arcet,
Corripiunt portas flammæ, queis protinùs ardet
Tota domus, sumúntque admota incendia vireis
Inclusúmq; suis exurunt ignibus hostem.
Unde sequax vicina furens in limina Castrum
Flamma Nouum incēdit, semiustáque mœnia soluit,
Inuoluens vnâ ciuesque arcémque ruinà.
Brassacum à suis deseritur. Castri *summa Noui clades audita propinquum*
Brassacum *vt terret, geminâ vltrò extorris ab vrbe,*
Augustus flu. L'Agoust Augustus *rapidô medius quas separat amne,*
Ast aduersa ligat validô pons littora saxô
Exanimata metu, Tormentorumq; fragore
Castræ, Castero antiquis, Castres *Plebs fugit, & socias nocturnô sidere* Castras
Peruenit; hinc vrbis fugienti à ciue relictas
Deprædatur opes miles. Tuta igne remansit
Romanæ Fidei *socijs habitata colonis*
Altera, prædaque immunis, expérsque ruinæ.
Altera qua domino nuper possessa rebelli

Seruijt, hæretico Caluini infecta veneno
In flammas cinerémque abijt. Discedimus inde
Castronouumque *iterúm petimus, fumantia latè*
Mœnia conspiceres, intermistúmque fauillis
Cælo Hyperionium iubar obtenebrare vaporem.
Qualia Trinacrijs, incendia ructat ab antris
Ætna grauis, cineréſque vndanti gurgite spargit,
Flammarumq́ globos tenueis iaculatur in auras
Horrendas mediâ diffundens luce tenebras.
Disseptis obiter lauam interualla Vianam
Ostentant tumulis: visa intremuisse, rotata
Aera simul reuocare gradum prospexit ab arce. Viana ad læuam.
Consumptis tum forte cibis Cerealibus æger
Esurit heic miles, lectumq́ agrestibus hortis
Carpit olus, crudáſque terit sub dentibus herbas.
Huc miserum rabies malesuada coëgit edendi.
Desolata suis horrescunt tecta colonis:
Obuiaq́ iniectis flagrant mappalia flammis.
Erramus monteis inter valleiſque supinas,
Et longô petitur Calnæa *optata viarum*
Circuitu Bellum *lux prodidit altera* Montem.
Heic vbi saxosâ maculatas tergore Troctas
Lautis suppeditat mensis Alrantius *vndi.* Calnæa, La Caulne. Bellus mons, Beaumont. Alrantius fluuius, Alrance.
Progressis læuum molli pendentia cliuô
Dant se in conspectum Camaresi *mœnia* Pontis, Pont de Camarez.
Et circunductos castella tegentia muros.
Huic etiam, non longa mora est, sua funera stabunt
Si modò criminibus sua stat vindicta: nec vllum

Pœnæ immune Scelus Cœlestia Numina linquunt.

Vabræ, Vabres. *Vna* Vabras *cura est vicinæ cladibus vrbis*
Soluere & antiquis expulsum reddere caulis
Frãcifcus de Cornuffon Epifcopus. Vabrenfis. *Cura gregem, rabidus latro quem tibi,* Pastor, *abegit*
Cornussoniades *magno dignissime ouili.*
Cura rebellantem populum Dominoque *negantem*
Obsequium & sanctos priscæ Pietatis honores
Interuertentem, sub debita iura vocare.

Fanum Africi, S. Afrique. *Quò te ego? quò malefida* Deo Regique *rebellis*
Nomine Compellem? Tene vrbem dixero? nomen
Mentiris dira Antiphatûm spelunca latronum:
Attamen huic Sanctus *nomen dedit* Africus *olim*
Ipsa immò de se merito benè grata Parenti
Prima cui debet diuina munera lucis
Illius nomen primæuæ mœnibus vrbis
Indidit: Illa fuit priscæ reuerentia gentis.
Imperium ast Regum *cultósque Parentibus olim*
Contempsit Fidei *ritus, quò tempore primùm*
Ipsa Lemaniacis medicata paludibus hausit
Pocula, Pastorémque fero vesana ministrò
Post habuit, furijs ardens Regique Deoque
Bella mouet; sacra Templa exscindit: polluit Aras,
Vrbem altis munit fossis, vallòque, nouisque
Instruit aggeribus, Castellisque vndique cingit.

Dux Espernonius Le Duc Despernon. *Vt* Vabras Princeps *venit; conuenit eodem*
Rector Aquitanæ senior Pernonius *cra*
Ancipiti coëunt animo, vnum claudere castris
Tãtô opere incinctam, tantis quoque molibus auctam.

Tormentis quatere expediat muralibus urbem
Non opus vnius tantùm alteriúsque diei.
Nunc vbi maturis opera ad messoria Castræ
Frugibus accingunt populos: perdendaque flammis
Est seges, hyberno careant vt pane rebelles
Debentur Castræ Princeps *tibi*:Montalbana,
Pernoni *deuota tuis sunt ignibus arua.*
Militis exiguus, quantô vasta ambitus vrbis
Cingatur numerus. Numerosô milite ternæ
Cludendæ fauces. Milialdum *hinc; inde propinquum*
Romani Fanum Pontemque *aduersa parare* Millaud, S. Rome.
Auxilia, instructum validus instare Roanam Le Pont voisin de S.
Agminibus turmaq; equitum, peditumq; phalange Afrique, vrbes rebelles
Oppositum rapido labentem flumine Sorgam, Sorga fluu. Le Sorgue.
Munimenta vrbémque suô qui diuidit amne:
Coniungenda priùs geminô duo littora ponte.
Ergò aliàs clamant proceres: sed tempore in ipso
Vabrius *assurgit* Pastor, *qui voce animisque*
Quâque valet Pietate Ducum *contraria vertit*
Consilia, atque suis pulsandam immittit in vrbem.
Ex templô mutati animi Fanumque *repentè*
Africe *diue tuum diuersâ parte propinquant*
Approperantq; acies. Obliquis protinùs itur
Aduersùm muros fossis, atque aggere flexô.
Securô tectus succedit tramite miles.
Tum septemgemino Vabras *quâ spectat, & Austros*
Tormento vrbs petitur. Trepidô vicina tumultu Pulsatur septem tormentis.
Saxa fremunt, geminantq; ictus, geminántque pauorē

Obsessis : longô labefactus soluitur agger
Impete : stat sparsis hostem vi pellere Castris.
Horrendũ Tormenta tonãt : dant Tympana signũ:
Et varia æthereas vndant vexilla per auras.
Arma duces rapiunt. Thoracem hic induit; ille
Nudo aptat capiti galeam; vibrat ille nitentem
Dextrâ hastam nudum vaginâ hic eripit ensem;
Arduus oblongam hinc assurgit miles in hastam
Præluditque vibrans aut dextrâ immittit in altum,
Labentemque eâdem recipit : demissus abarmis
Baltheus huic pectus tergũque amplectitur ingens
Sulphureô vnde graues dependent puluere thecæ;
Bandriere, *Subligat hic ferrum lateri strictámque per omneis*
Bãdouïller. *Ferri aciem parteis probat, ac explorat acumen.*
Hic catapultâ humeros onerat : capit ille rotatam,
Arquebuse à roüet. *Funalem legit hic : Tubulo iustum indit bianti*
Pulueris ille modum, tomentumque insuper addit
Arquebuse à meiche. *Et longâ infartum virgâ altiùs vrget vtrumque:*
Tomentôque super letalis pondera plumbi,
Et parat alucolo subitæ ignea semina flammæ.
Prima subit vallum legio Picarda *, ruitque*
Auspicijs Passæ *tuis ; immotaque longo*
la Passe. *Acrius instantem certamine sustinet hostem:*
Plurimus heic vtrinque fluit per vulnera sanguis.
Letali tum glande caput Passæ *petitus,*
Atque latus longâ transfossus concidis hastâ.
La Magdelene. *Succedit* Normana *phalanx, primâque furit dux*
Magdalides *acie; catapultis eminùs, illinc*

Comi-

Cominùs infestis gladijs pugnatur & hastis.
Hos altæ absorbent fossæ; illos sulphure pasta
Flamma vorat, contorta ruunt toto aëre saxa.
Spargitur huic saxô cerebrum; illi ferreus haurit
Mucro latus, vallô hic præceps detruditur altô:
Poplitibus falce accisis iacet ille supinus.
Voluitur hic rapidâ traiectus tempora glande;
Pectus hic, hic guttur; fosso hic vomit ilia ventre.
Atque vbi multa manu pugnax dedit hostica leto
Corpora Magdalides, *triplici per tempora tortâ*
Glande ictus fossum gladiô procumbit in hostem.
Sic cadis, inferiasq; tuo das antè tot hostes
Magdalides *tumulo: vitam esto, tibi abstulit hostis,*
Jnclyta Lethæos virtus tua præterit amneis,
Et seros vitâ viues meliore per annos.
Falsburgi *legio pugnam integrat: vtque furentem*
Excipit & totis proturbat viribus hostem,
Sternitur occisis vallum, quos inter anhelans
Æternâ claudit Barraltus *lumina nocte.* Barrault.
S*anguineô strageis certantum funere mauors*
Æquat, & alternas librat victoria pugnas,
Nulli certa suas victori addicere palmas.
Nox ruit & fusco terras inuoluit amictu
Secedunt hostes: hic vallô clauditur; ille
Castra petit, superatq; altas sine vulnere fossas.
Státque simul roseos Aurora retexerit ortus,
Nocte intermissum, luce instaurare duellum:
Regis *at imperijs obsessâ abduceris vrbe*

Princeps reuocatur à Rege iubetúrque protinus vastationem Castrensium agris inferre.

Túque ducesq́ vna Princeps, *exercitus omnis*
Jussus adhærenteis Castris *euertere pagos,*
Et flauescenteis flammis consumere aristas.
Imperijs Regis *pares; nec gloria,* Regis
Imperijs cessisse minor; quàm si hostica tantis
Mœnia quassa globis vertisses funditùs, & quæ
Tot dextram ornauit Palmis tot tempora lauris,
Cessisset famulata tuis Victoria *votis.*

Fanum Africi, S. Afrique. Vabræ, Vabres.

Iussa simul Fano *soluuntur castra rebelli,*
In luctus abeunt reuocato Principe Vabræ
Tunc quoque summa suæ metuentes funera genti,
Et deuastandos flammis hostilibus agros,
Quâ precibus, lacrymisq́ adeunt: meliore iacentes
Hos spe solatur. Neque enim Latonia cœlo
Curua priùs puræ renouarit cornua fronti,
Bis fratri congressa; nouósque micantibus ignes
Accensura oculis, quos scintillantibus astris
Cincta per æthereos inuecta iugalibus axes
Spargat, & obscuræ soluat velamina noctis,
Quàm Fanum *redeat centenóque ære rebelles*
Pulset & à summo subuertat culmine muros.

Beaumont.

Ipse per abruptos Belli *ardua mœnia* Montis,
Ingrediens scopulos, repetit, modicoque diremtam

Villefranche d'Albigeois.

Albia Francopolin *spatio tibi, latáque vultu*
Excipis vt reducem sic mœsta, ac flebilis ora

Palladia, Tolose. Castres. Le Castella.

Palladias *properantem ægrè dimittis ad arces.*
Ragnius *hinc turmas Equitum, peditumq́ cohortes*
Accelerat Castris, Castellanamque *rebelli*

Laubiero *excussam subuertit funditùs arcem.*
Ergo propinquantes vt flauescentibus aruis
Principis *aduentare acies prænuncia* Castris
Fama tulit, subito plebs conturbata tumultu
Horruit, Audito ceu dum Latonia *bigas*
Cœlo agitans noctem tenuat, tremebunda minuti
Turba gregis fului quatitur clamore Leonis
Desertósque implet querulis balatibus agros.
Edita tectorum subit hæc fastigia, muros
Illa petit, quæritque oculis errantibus hostem;
Quem spectare tamen refugit: sed summa voluptas
Eumenidum sacrare gregi. Pars corripit arma,
Et multo occlusas communit milite portas.
Hi speculis spectant venientes: Ænea *vastis*
Quamplures totis obnixi viribus altè
Tormenta *aggeribus statuunt. Hi voluere ferreas*
Quâ pedibus manibúsque alij quà tollere glandeis.
Sulfurei approperare cados hi pulueris instant.
Parte alia missi mille in diuersa viarum
Qui fossis cludant aditus scrobibúsque profundis
Immittant fluuios, vicinas sepibus vlmos
Excidunt alij: transuersis ast labor illis
Arboribus præcludere iter; celerésque volantum
His alas Equitum obijcibus peditumque furenteis
In cædem immissos fraude hâc tardare maniplos.
Falcibus *hinc facibúsque armatum belliger illinc*
Ragnius *agmen agit: maturis frugibus illi*
Igneus inijciunt: tenerâ ab radice virentes

Laubiere
Caluin.

Hi manibus vellunt, aut curuâ falce recidunt:
Pars ca'catur Equis, pars stricto excinditur ense:
Collibus adrepunt alij, multóque tumentes
Palmite succindant viteis, maturaq; duris
Tempora praripiunt, & adhuc viridantibus vuis
Praueniunt nigrum quondam flauumq; colores,
Quos flammata darent canis Erigoneidos ora.
Sic opibus spoliantur agri: detonsáque crinem
Alma Ceres ponit, sic luco Bacchus ab alto
Orgia rapta dolet, siccaque abiectus in herba
Silenus. *Vt casas senior siluas videt Arcas alumni*
Damnata in puras vino sine guttura lymphas
Lycurgus Rex Tracũ. *Luget & in Thracis pœnas ac fata Tyranni*
Sacrilegos damnat sperata messe colonus
Frustatur penitus: dumque hac lacrymabilis alto
Despectat de monte famem & fera funera gentis
Prospiciens. heu! quo miseros merscre malorum
Francigenas, *queritur, ciuilia bella Barathro.*
Quis furor innumeras spoliari mœnibus vrbes?
Quidue æquas spargi cælestibus arcibus arces?
In prædam cineresque datas? quid casa sub ipsis
Mœnibus aut medijs tot strata cadauera campis?
Diruimus delubra Deûm mystasque sacratis
Exigimus templis, templorum euertimus aras,
Et pessum simulacra damus, ritusque nouamus.
Regibus *obsequium meritósque negamus honores.*
An luimus. tantasque patrum pro crimine nati
Pœnas iure damus? patrijs expellimur agris

Collucent villæ flammis; armenta gregésque
Miles habet; populatur agros, incendia siluis
Subijcit & vites alta ab radice reuellit.
Herba cibus superest, lutulentus pocula riuus:
Antra domus, nudus nocturna cubilia cæspes.
Quis tandem belli finis? quæ meta malorum?
Heu! dubio vniùs fato subsistimus vrbis
Vnde salus sed certa mage expectanda ruina.
Quæ Regum *auertāt iustum arma iniusta furorem?*
Quam sperare tamen liceat, contemnimus vltrò.
Quæ Regis *facili* Clementia *pectore regnat.*
Nec lubitum est genua amplecti, nec tangere dextrā
Nempè aliò præceps animus deuoluitur; ingens
Vrget in aduersum scelerum vis, ipsaq; nostris
Dudùm aduersantur luctantia numina votis.
Non aliter quàm qui aduerso temerarius amne
Lembum agit; incassum cedit labor, acrior acta n
Hanc simul in præceps pronæ rapit impetus vndæ
Incustoditum Nauesi *ad flumina Pontem* — Pont de Naues.
Teruia vicinas qua ducit semita Castras
Occupat ex templò miles, prostrata bipenni
Obuia quæque cadit cæsis ramalibus arbor.
Vastantur segetes, desolanturq; penates,
Et subitis flagrant deserta magalia flammis.
Iamque in conspectu Castrarum *Exercitus omnis*
Constitit, & portis hostis se fundit apertis
Succedunt muris alij, tormentaq; librant
In cuneos coëunt Equites, peditúmque cohortes

Inque propugnandas sub vasta suburbia messes
Vt summa longam catapulta imitata colubram
Extrahitur, modicoq; insistens colle locatur.
Illa tonat; sed enim intactum præteruolat agmen
Borbonides Condæ tuum, mistúsque vapori
Sulfureo tenues ictus vanescit in auras.
Ragnius aduersa geminas fuso ære colubras
Tarte mouet summoque casas à culmine vertit
Queis sua Castræ vallarant castra cohortes
Attonitæ horribili tectorum strage, suaq;
Cæde vrbem repetunt, seque intra mœnia condunt.
Vt verò instanteis propiùs celeri agmine muris
Borbonias spectant acies, incensaq; circùm
Ignibus arua satósque sub ipsas denique fossas
Collucere agros flammis, nullámque futuræ
Spem messis superesse sibi, tum protinùs vrbe
Egressi lectas ducunt in prælia turmas
Quicquid sors belli pariat tentare parati.
Primus Arecomicis Equitũ rapta agmina Volscis
Vrbe Albajus agit; leuior manus inde ferocem

> d'Albais rebellis.

Androdeum sequitur; subitus quem nuper vtroq;

> L'Audredieu ou Chauaignac rebellis

Brassaco pauor exanimi cum plebe fugauit.
Ille vbi Castronouum captum stragemq; suorum
Audijt, & iustas declinat Principis iras,
Stricturúmque gulam laqueum, letũque probrosum,
Prefectus Castris olli hunc benegratus honorem
Seruatum ob ciuem Brassaca clade Rohanes
Contulit & tantæ steterunt hæc præmia laudi.

Heic quoque in auxiliũ raptos de monte Cebenno Cebẽnæ aut cemmonæ, Les monts des Ceuennes.
Aſſaſides *aderat pedites qui mille trahebat,* d'Aſſas, rebellis.
Mille alios alij quos euocat anxius agris
Vrbis anhelantis metus, impendenſque ruina:
Tum quos Curua *ſuâ* Rupes *eduxit ab vrbe* Roque-courbe, vibs rebellis.
Atque ſuis legit commota Rebellia *muris.* Reueil.
Heic quoque Braſſaco & Regali Monte *fugatos* Braſſac, Realmont.
In proprias ſcriptos videas procedere turmas.
Tum quos Laurenti Podium, *tacitoq́* Briteſta Puylaurens.
Et Soreziacum *miſerunt agmine; quanquam* Briteſte. Soreze.
Obſequium Regis *ſed ſolâ voce profeſſæ*
Ecqua fides genti hæreticæ, aut reuerentia ſceptro.
Purpurea heic etiam velatus epomide Conſul
In pugnam Ciueis trabeâ ſuccinctus agebat.
Sic tandem inſtructos armis; varijſque ſubinde
Diſtinctos ſignis Caſtræ *effudère maniplos:*
Hos tecta valle includunt qui fortè fugatos
Excipiant cuneos, tutóſque in mœnia ducant.
Primus init pugnam lecta ſtipante caterua
Dalbaides *latus ingenti circundatus enſe,* d'Albais.
Cui micat armatâ feralis fiſtula dextrâ.
Tres Equitũ turmæ properantẽ hinc inde ſequuntur.
Digeſtæ in cuneos læuâ dextrâq́ cohortes
Procedunt peditum. Clam forte propinquior vrbi
Molerij *legio excubias peragebat; vt vna* Le regiment de la Moliere.
Fertur in hãc peditũ globus et cataphracta virûm vis
Incubat; illi haſtis contra violentiùs inſtant
Miſsilibuſque procul ſubeunteis glandibus arcem

Mompeyranææ *tum prosilit ala caterua*
Dalbaidæque *aciem aggreditur, numerosior, ista*
Tum quidem in abrupto turmæ stetit ordine contra
Multa licet transfossa globis excussaque cassis
d'Ambres. *Collabatur equis; ac dum rotat* Ambrius *agmen*
In gyrum glomeratque aduersis hostibus orbeis
Nec vanas librat Castrensia *in agmina glandeis*
Picardâ *exiguus peditum legione maniplus*
Præcipiti primos cursu laxatur in hosteis
Conuersósque *fugat: rubro pars æquore cæsa*
Labitur; hæc demum fugiens prorumpit in agmen
Vt densas cuneis celeri videt agmine Princeps
Castrenses *properare acies simul acer in armis*
Principis *Imperio celerem ocyus euocat alam*
Ragnius*: huic altum caput obtegit* aurea *cassis,*
Cuius apex pennis diuersicoloribus vndat
Auratum alba *ligat thoracem fascia circùm,*
Burgundo *portatur* Equo, *cui candida fronti*
Stella micat, candentque pedes, geminæq; vibrantur
Flammæ oculis patulisque *erumpunt naribus ignes,*
Exsultansq; fremit, terrétque hinnitibus agros.
de Nangi. Nangius *hinc pietate prior dubitabis* an *armis,*
Ferigne, fistula ferrea *Horrentem ferro modicisq; ferignibus* alam
Circumagit; pulcros obscurat flammea vultus
Cassis, & ambrosio quæ gratia spirat in ore;
Exsurgunt rubræ cuius de vertice cristæ.
Nec minus Aruernis lectum apparat agmen in oris
Mongo *ferox, Boij quem progenuere parentes.*
Othry-

Othrysium gestans generoso in pectore Martem.
Junior heic Caluisso *suas non segnior alas* de Couisson.
Ostentat, quas cæruleo bis murice tinctæ
Distingunt Chlamydes; huic furuus pectora thorax:
At caput obuelat canis galea obsita pennis,
Aurea cæsaries latos exundat in armos,
Dant veniam ora hosti, sed letum dextra minatur.
Lignerio *datus est Equiti suus ordo, tuæque* de Liniere.
Enguineique Ducis *turmæ, invictissime* Princeps, Duc d'Anguien Principis filius.
Qui Puer *æqualeis contra sub* Monte rotundo Mont-rond arx Principis.
Præludit bellis, aciem nunc instruit: hostem
Quem fingit, nunc ense fugat; nunc ipse iacenti
Dat veniam poscenti vltrò, nunc ille rebellem,
Sic Patris exemplo simulat, mouet Ænea *contra*
Impauidus tormenta *vrbem potiturque recepta*
Exsultans, lentóque dolet sibi currere passu
Tempora nec iuuenile annis properarier æuum.
Increpuêre tubæ diuersa parte, leuêmque
Horrendo quatiunt æthram caua tympana *planctu;*
Concurrunt vtrinque acies, vtrinque cohortes,
Turmáque miscetur turmæ. Pedes imminet hostis
Congressus pediti, displosis hostica fundit
Castra sclopis miles, Princeps, *tuus. Inclytus illinc*
Ragnius *auersum ceu factâ indagine claudit*
Sustinet aduersum dum Nangius *atq; solutos*
Hinc illinc spargit cuncos, fugiuntq; ruúntque
Nec tamen effugium patet his, quos Ragnius *acer*
Excipit & tepido tremebundos ense trucidat.

Flammeus huic animam sclopus eripit; ille supinus
Quadrupede excutitur, procumbit hic actus in ora,
Plurimus & tenuem fundit cum sanguine vitam.
Non secus impasti si quando septa leones
Perrupêre ouium, quos ardor adegit edendi,
Dilaniant imbelle pecus, mandúntque, trahuntq;
Et paßim fuso mergunt stabula alta cruore;
Semesisque ouium, horrendum voluuntur aceruis.
Si cui vita super reliqua est hunc ficta tuetur
Mors casos inter, veniámque silentia poscunt.
Intereà ab summis turmas displosa per omneis
Aggeribus Tormenta *tonant: sed* Principis *alas*
Et longa nondum satiatas strage phalanges
Præterit intactas violenti fulminis ictus,
In sua quæ capita ipsa Deus *scelerata retorquet.*
Hos auctore Deo *flammis vltricibus ignis*
Deuorat, hos nigrâ excæcat fuligine puluis:
Illos in tenueis glandis vibrat impetus auras.
Ast vbi porta fugæ patuit, fessámque cruentæ
Sistit eques sub cæde manum, palantia muros
Castra petunt: proh! quãta manu tum funera miles
Edidit & longis quot corpora transfidit hastis?
Quot diræ affixêre solo per vulnera glandes?
Quotue hausit gladius? rubro variasse suorum
L'agoust fleuue. *Sanguine conspicuas* Augustus *proditur vndas.*
Vt sua clade nouâ attonitæ fugientia Castræ
Agmina conspiciunt portas fugientibus obdunt,
Ne, cuius pariterque hostis succedat in vrbem.

Hi trepidam fossâ quærunt valloque salutem.
Nec tamen heic sibi tuta salus: quô præpete saltu
Præcipitem premit actus Eques gaudetq; profundas
Impauidô ore tuens fossas, hostémque pauore
Exanimem Stygias ferro detrudere ad vndas.
Heic inter primos celeri subit impete vallum
Malletus, *Boÿs iuuenis qui nuper ab oris* de Mallet
Venerat, auspiciÿs gaudens victricia Princeps
Arma tuis gerere, vnius perculsus amore
Laudis, auénsque suam Pro Rege *impendere vitam.*
Ille Equitem dilapsum acie fossisque salutem
Scrutantem insequitur: Centum non ære vibratæ
Huic glandes hostem eripiunt, vitamq; licenti
Nequicquam pretio precibúsque huic pectus adacto
Transmittit gladio, atque animā penetralibus haurit.
Nec tamen hinc intactus abis; qui plurimus altis
Fusus ab aggeribus pluit in te plumbeus imber
Cædis inexpletum inflicto te vulnere sistit,
Et fossa ardentem tardat coxendice dextram
Et pugnâ excedis sociorum in castra relatus:
Fœlix qui tantam retulisti audacibus ausis
Ancipitis manifesto animæ discrimine laudem.
Tum versa in lacrymas mœrent sua funera Castræ,
Ereptis nuptæ radunt madida ora maritis,
Exquiruntque nurus sponsos; sua pignora matres
Ereptosque patres gnatæ, plebs cætera ademtam
Spem vitæ queritur postquam Cerealia miles
Dona tulit, rapidisque perit seges vsta fauillis.

Cuius perspicuis ora ad Phœbeia lymphis
Flexo inter sese colludunt agmine Trocta.
Latæ tecta viæ distingunt; saxeus amplam
Urbem ambit murus, murum circumluit alto
Gurgite fossa; alta fossam tegit arduus agger
Succinctus fossa & flexæ caua cornua lunæ.
Succedunt pedetentim acies vallóque propinquant.
Præsidÿs temerè erumpentem protinùs hostem
Inuadunt, cædúntque, atq; intra mœnia trudunt
Perrumpuntq; vrbem, fugientum auersa vibratis
Terga fatigantes hastis aduersa per arctos
Strage superstitibus montes, quibus ira pepercit
Victoris trepidam patefecit porta salutem
le Fort de Haultpoul. *Altus inaccessa quos* Pullus *condidit arce.*
Vrbs antiqua potens opibus, sed amœnior agris
Diripitur, cinerique datos lacrymosa Penates
Æquatúmque solo murum fusoq; profundas
Cornibus obtusis cumulatas aggere fossas
Adspicit, & quod erat nisi solo nomine non est.
Mazametæ quid tristia fata ruinæ
Stans Princeps, *luges? neq; enim tibi, sat scio, cæso*
Parta placet, sit iusta licet, victoria ciue.
Qui iustis Domini Imperÿs parere recusat
Esto Sacer capitisq; luat discrimine crimen
Iura volunt: sed quæ mora te protracta moratur?
Sainct Amãd vrbs. *Non longo* Fanum *vt spatio tibi distat* Amanti
Mazametææ æquandum pro crimine cladi.
Gens Domini *iurata iugo subducere colla,*

Atque nouas Rege abiecto sibi fingere leges.
Fortè per angustos numeroso milite calles
Multus Amantinâ ciuis decesserat vrbe,
Turba laboranti præsentia Mazameto
Arma ferens, densásque trahens per saxa coborteis
Improuisus adest circumque vndantia Princeps
Vt signa efferri iubet, armataque coronâ
Præsidio orbatam vallari protinus vrbem
Principis *exanimeis muris vt proxima matres*
Agmina respectant, vrbem clamoribus implent,
Consultumq; orant sibi maturísque puellis
Quasq; sibi congessit opes fortuna labórque
Dum licet incolumes seruent: adeunda benigni
Principis *ora priùs; certam spondere salutem*
Supplicibus diù fulgentia sydera fronte,
Et quæ magnanimo clementia pectore regnat,
Spectata abiecto clementia sæpiùs hosti.
Non secus iratis vbi turgent æquora ventis,
Aut tonitru cælum reboat, stridentque procellæ,
Et rutilo vndosas diffindit fulgure nubes
Iuppiter, exitium terris trifidóque minatus
Naufragium ratibus telo; scelerúmque ministris
Aut flammam, aut *vastos rupta telluris hiatus:*
Tum simul antemnis sidunt geminoque coruscum
Ostentant cornu iubar accendúntque rudentes
Oebalidæ fratres, maris inclinata quiescunt,
Aëre diffugiunt nubes, cælóque procellæ,
Ortum Eurus repetit, Boreas violentior Arctoi

Hi manibus vellunt, aut curuâ falce recidunt:
Pars calcatur Equis, pars stricto excinditur ense:
Collibus adrepunt alij, multóque tumentes
Palmite succindant viteis, maturaq; duris
Tempora praripiunt, & adhuc viridantibus vuis
Praueniunt nigrum quondam flauumq; colores,
Quos flammata darent canis Erigoneidos ora.
Sic opibus spoliantur agri: detonsáque crinem
Alma Ceres ponit, sic luco Bacchus ab alto
Orgia rapta dolet, siccaque abiectus in herba
Silenus. *Vt casas senior siluas videt Arcas alumni*
Damnata in puras vino sine guttura lymphas
Lycurgus Rex Tracũ. *Luget & in Thracis pœnas ac fata Tyranni*
Sacrilegos damnat. Sperata messe colonus
Frustatur penitus: dumque hac lacrymabilis alto
Despectat de monte famem & fera funera gentis
Prospiciens. heu! quo miseros mersere malorum
Francigenas, *queritur, ciuilia bella Barathro.*
Quis furor innumeras spoliari mœnibus vrbes?
Quidue aquas spargi cœlestibus arcibus arces?
In prædam cineresque datas? quid casa sub ipsis
Mœnibus aut medijs tot strata cadauera campis?
Diruimus delubra Deûm mystasque sacratus
Exigimus templis, templorum euertimus aras,
Et pessum simulacra damus, ritusque nouamus.
Regibus *obsequium meritósque negamus honores.*
An luimus. tantasque patrum pro crimine nati
Pœnas iure damus? patrijs expellimur agris

Collucent villæ flammis; armenta gregésque
Miles habet; popu'atur agros, incendia siluis
Subijcit & vites alta ab radice reuellit.
Herba cibus superest, lutulentus pocula riuus:
Antra domus, nudus nocturna cubilia cæspes.
Quis tandem belli finis? quæ meta malorum?
Heu! dubio vniùs fato subsistimus vrbis
Vnde salus sed certa mage expectanda ruina.
Quæ Regum *auertăt iustum arma iniusta furorem?*
Quam sperare tamen liceat, contemnimus vltrò.
Quæ Regis *facili* Clementia *pectore regnat.*
Nec lubitum est genua amplecti, nec tangere dextrā
Nempè aliò præceps animus deuoluitur; ingens
Vrget in aduersum scelerum vis, ipsaq; nostris
Dudùm aduersantur luctantia numina votis.
Non aliter quàm qui aduerso temerarius amne
Lembum agit; incassum cedit labor, acrior acta n
Hanc simul in præceps pronæ rapit impetus vndæ
Incustoditum Naucsi *ad flumina Pontem*
Teruia vicinas qua ducit semita Castras — Pont de Nauez.
Occupat ex templò miles, prostrata bipenni
Obuia quæque cadit cæsis ramalibus arbor.
Vastantur segetes, desolanturq; penates,
Et subitis flagrant deserta magalia flammis.
Iamque in conspectu Castrarum *Exercitus omnis*
Constitit, & portis hostis se fundit apertis
Succedunt muris alij, tormentaq; librant
In cuneos coëunt Equites, peditúmque cohortes

Inque propugnandas sub vasta suburbia messes
Vt summa longam catapulta *imitata* colubram
Extrahitur, modicoq́ insistens colle locatur.
Illa tonat; sed enim intactum præteruolat agmen
Borbonides Condæe *tuum, mistúsque vapori*
Sulfureo tenues ictus vanescit in auras.
Ragnius *aduersa geminas fuso ære* colubras
Parte mouet summoque casas à culmine vertit
Queis sua Castræ *vallârant castra* cohortes
Attonitæ horribili tectorum strage, suaq́
Cæde vrbem repetunt, seque intra mœnia condunt.
Vt verò instanteis propiùs celeri agmine muris
Borbonias *spectant acies, incensaq́ circùm*
Ignibus arua satósque sub ipsas denique fossas
Collucere agros flammis, nullámque futuræ
Spem messis superesse sibi, tum protinùs vrbe
Egressi lectas ducunt in prælia turmas
Quicquid sors belli pariat tentare parati.

d'Albais rebellis.
L'Andredieu ou Chauaignac rebellis

Primus Arecomicis Equitũ *rapta agmina* Volscis
Vrbe Albajus *agit; leuior manus inde ferocem*
Androdeum *sequitur; subitus quem nuper vtroq́*
Brassaco *pauor exanimi cum plebe fugauit.*
Ille vbi Castronouum *captum stragemq́ suorum*
Audijt, & iustas declinat Principis *iras,*
Strictùrúmque gulam laqueum, letũque probrosum,
Prefectus Castris *olli hunc benegratus honorem*
Seruatum ob ciuem Brassaca *clade* Rohanes
Contulit & tantæ steterunt hæc præmia laudi.

Heic quoque in auxiliū raptos de monte Cebenno — Cebēnæ aut cemennæ, Les monts des Ceuennes.
Aſſaſides *aderat pedites qui mille trahebat,* — d'Aſſas, rebellis.
Mille alios alij quos euocat anxius agris
Vrbis anhelantis metus, impendénſque ruina:
Tum quos Curua *ſuâ* Rupes *eduxit ab vrbe* — Roque-courbe, vrbs rebellis.
Atque ſuis legit commota Rebellia *muris.* — Reueil.
Heic quoque Braſſaco & Regali Monte *fugatos* — Braſſac, Realmont.
In proprias ſcriptos videas procedere turmas.
Tum quos Laurenti Podium *, tacitoq́;* Briteſta — Puylaurens. Briteſte.
Et Soreziacum *miſerunt agmine; quanquam* — Soreze.
Obſequium Regis *ſed ſolâ voce profeſſæ*
Ecqua fides genti hæreticæ, aut reuerentia ſceptro.
Purpurea heic etiam velatus epomide Conſul
In pugnam Ciueis trabeâ ſuccinctus agebat.
Sic tandem inſtructos armis; variiſque ſubinde
Diſtinctos ſignis Caſtræ *effudere maniplos:*
Hos tecta valle includunt qui fortè fugatos
Excipiant cuneos, tutóſque in mœnia ducant.
Primus init pugnam lecta ſtipante caterua
Dalbaides *latus ingenti circundatus enſe,* — d'Albais.
Cui micat armatâ feralis fiſtula dextrâ.
Tres Equitū turmæ properantē hinc inde ſequuntur.
Digeſtæ in cuneos læuâ dextrâq́; cohortes
Procedunt peditum. Clam forte propinquior vrbi
Molerij *legio excubias peragebat; vt vna* — Le regiment de la Moliere.
Fertur in hāc peditū globus et cataphracta virûm vis
Incubat; illi haſtis contra violentiùs inſtant
Miſſilibuſque procul ſubeunteis glandibus arcem

Mompeyranææ *tum prosilit ala caterua*
Dalbaidæque *aciem aggreditur, numerosior ista*
Tum quidem in abrupto turmæ stetit ordine contra
Multa licet transfossa globis excussaque cassis
d'Ambres. *Collabatur equis; ac dum rotat* Ambrius *agmen*
In gyrum glomeratque aduersis hostibus orbeis
Nec vanas librat Castrensia *in agmina glandeis*
Picardâ *exiguus peditum legione maniplus*
Præcipiti primos cursu laxatur in hosteis
Conuersósque *fugat: rubro pars æquore cæsa*
Labitur; hæc demum fugiens prorumpit in agmen
Vt densas cuneis celeri videt agmine Princeps
Castrenses *properare acies simul acer in armis*
Principis *Imperio celerem ocyus euocat alam*
Ragnius*: huic altum caput obtegit* aurea *cassis,*
Cuius apex *pennis diuersicoloribus vndat*
Auratum alba *ligat thoracem fascia circùm,*
Burgundo *portatur* Equo, *cui candida fronti*
Stella micat, candentque pedes, geminæq; vibrantur
Flammæ oculis patulisque *erumpunt naribus ignes,*
Exsultansq; fremit, terrétque hinnitibus agros.
de Nangi. Nangius *hinc pietate prior dubitabis* an *armis,*
Ferigne, fistula ferrea *Horrentem ferro modicisq; ferignibus* alam
Circumagit; pulcros obscurat flammea vultus
Cassis, & ambrosio quæ gratia spirat in ore;
Exsurgunt rubræ cuius de vertice cristæ.
Nec minus Aruernis lectum apparat agmen *in oris*
Mongo *ferox, Boij* quem *progenuere* parentes.
Othry-

Othryſium geſtans generoſo in pectore Martem.
Iunior heic Caluiſſo *ſuas non ſegnior alas* de Couiſſon.
Oſtentat, quas cæruleo bis murice tinctæ
Diſtingunt Chlamydes; huic furuus pectora thorax:
At caput obuelat canis galea obſita pennis,
Aurea cæſaries latos exundat in armos,
Dant veniam ora hoſti, ſed letum dextra minatur.
Lignerio *datus eſt Equiti ſuus ordo, tuæque* de Liniere.
Enguineique Ducis *turmæ, inuictiſſime* Princeps, Duc d'Anguien Principis filius.
Qui Puer *æqualeis contra ſub* Monte rotundo Mont-rond arx Principis.
Præludit bellis, aciem nunc inſtruit: hoſtem
Quem fingit, nunc enſe fugat; nunc ipſe iacenti
Dat veniam poſcenti vltrò, nunc ille rebellem,
Sic Patris exemplo ſimulat, mouet Ænea *contra*
Impauidus tormenta *vrbem potiturque recepta*
Exſultans, lentóque dolet ſibi currere paſſu
Tempora nec iuuenile annis properarier æuum.
Increpuère tubæ diuerſa parte, leuêmque
Horrendo quatiunt æthram caua tympana *planctu;*
Concurrunt vtrinque acies, vtrinque cohortes,
Turmáque miſcetur turmæ. Pedes imminet hoſtis
Congreſſus pediti, diſploſis hoſtica fundit
Caſtra ſclopis miles, Princeps, *tuus. Inclytus illinc*
Ragnius *auerſum ceu facta indagine claudit*
Suſtinet aduerſum dum Nangius *atq; ſolutos*
Hinc illinc ſpargit cuneos, fugiuntq; ruúntque
Nec tamen effugium patet his, quos Ragnius *acer*
Excipit & tepido tremebundos enſe trucidat.

Flammeus huic animam sclopus eripit; ille supinus
Quadrupede excutitur, procumbit hic actus in ora,
Plurimus & tenuem fundit cum sanguine vitam.
Non secus impasti si quando septa leones
Perrupêre ouium, quos ardor adegit edendi,
Dilaniant imbelle pecus, mandúntque, trahuntq;
Et paßim fuso mergunt stabula alta cruore;
Semesisque ouium, horrendum voluuntur aceruis.
Si cui vita super reliqua est hunc ficta tuetur
Mors cæsos inter, veniámque silentia poscunt.
Intereà ab summis turmas displosa per omneis
Aggeribus Tormenta *tonant: sed* Principis *alas*
Et longa nondum satiatas strage phalanges
Præterit intactas violenti fulminis ictus,
In sua quæ capita ipsa Deus *scelerata retorquet.*
Hos auctore Deo *flammis vltricibus ignis*
Deuorat, hos nigrâ excæcat fuligine puluis:
Illos in tenueis glandis vibrat impetus auras.
Ast vbi porta fugæ patuit, fessámque cruentæ
Sistit eques sub cæde manum, palantia muros
Castra petunt: proh! quãta manu tum funera miles
Edidit & longis quot corpora transdidit hastis?
Quot diræ affixêre solo per vulnera glandes?
Quotue hausit gladius? rubro variasse suorum
L'agoust fleuue. *Sanguine conspicuas* Augustus *proditur vndas.*
Vt sua clade nouâ attonitæ fugientia Castræ
Agmina conspiciunt portas fugientibus obdunt,
Ne cuius pariterque hostis succedat in vrbem.

Hi trepidam fossâ quærunt vallóque salutem.
Nec tamen heic sibi tuta salus: quô præpete saltu
Præcipitem premit actus Eques gaudetq; profundas
Impauidò ore tuens fossas, hostémque pauore
Exanimem Stygias ferro detrudere ad vndas.
Heic inter primos celeri subit impete vallum
Malletus, *Boys iuuenis qui nuper ab oris* de Mallet
Venerat, auspicijs gaudens victricia Princeps
Arma tuis gerere, vnius perculsus amore
Laudis, auénsque suam Pro Rege *impendere vitam.*
Ille Equitem dilapsum acie fossisque salutem
Scrutantem insequitur: Centum non ære vibratæ
Huic glandes hostem eripiunt, vitamq; licenti
Nequicquam pretio precibúsque huic pectus adacto
Transmittit gladio, atque animā penetralibus haurit.
Nec tamen hinc intactus abis; qui plurimus altis
Fusus ab aggeribus pluit in te plumbeus imber
Cædis inexpletum inflicto te vulnere sistit,
Et fossa ardentem tardat coxendice dextram
Et pugnâ excedis sociorum in castra relatus:
Fœlix qui tantam retulisti audacibus ausis
Ancipitis manifesto animæ discrimine laudem.
Tum versa in lacrymas mœrent sua funera Castræ,
Ereptis nuptæ radunt madida ora maritis,
Exquiruntque nurus sponsos; sua pignora matres
Ereptosque patres gnatæ, plebs cætera ademtam
Spem vitæ queritur postquam Cerealia miles
Dona tulit, rapidisque perit seges vsta fauillis.

Arboribus silua viduantur, palmite vites,
Atque suburbanis volitant incendia pagis.
Frugiferæ Cereris speratáque dona Lyæi
Abstulerat Castris Princeps, *vlulatibus vrbem*
Tunc rabie plebs acta replet, cædémque suorum
Incensásq; gemit segetes alimentáque genti
Rapta sua, tenuata fame quæ tempore primo
Corpora ferali mortis simulacra sepulcro
Condet, visa suis Maneis exisse sepulcris.
Nec satis illatum cladis, ni proxima Castris
Oppida detrectata luant neglectaque Regis
Imperia, & veræ in priscos reuocata potenti
Imperio ritus Fidei dedoctaque cæcos
Caluini errores deserti tramite callis
Insistant, Christique *vno claudantur ouili:*
Aut summâ in cinerem pereant damnata ruinâ:
Neu socijs multô quæsita alimenta labore
Suppeditet miseris diues vicinia Castris.
Non longo Castris *actu disiuncta viarum*
Excurrit vinique ferax fœcundaque gleba
Vbere, multifidóque exundans flumine vallis
Valee de Mazemet. Mazametæam *populi dixere priores*
Hanc modico hinc illinc substringunt vertice colles,
Tum quâ flammiferos Eoo carcere Titan
Soluit Equos, tum quâ Hesperio lauat æquore currus.
Ast qua Riphæos Aquilones spectat, & Austros
In longum porrecta patet. Brumalia ridet
Frigora perpetuóque virescunt pascua verè.

Has sibi communi legerunt fœdere sedes
Liber, & alma Ceres, Pastórque Amphrysius: hæsit
His quoque magna Pales & cui sunt Mænala curæ
Pan Deus Arcadijs olim celeberrimus aruis.
Mille heic horrenteis geli dû caligine lucos
Nymphæ habitant; Satyrisque manus, ac brachia nexæ
Colludunt tectis nemorum petulantius vmbris.
Ipso pene aditu primóque in limine vallis,
Albini fanum *occurrit valido aggere septum.* Sant-Albi aut S. Aubin ville.
Huc Princeps *turmas Equitum peditumq́ cohorteis*
Agglomerare gradum iubet: huc tormenta rotantur
Vt locat, vt librat, Plebs examinata timore
Desertâ quâ porta patet fugit ocyùs vrbe.
Perque sibi notos scopulos perq́ auia tesqua
Ancipitem vitæ quærit, reperitque salutem.
Ergo furens desertam irrumpit miles in vrbem.
Quam dum aliò auersis opibus respectat inanem
Relliquias rapit & vacuis incendia tectis
Subijcit atque vrbem ferali inuoluit aceruo.
Hinc Mazametum *petitur, quæ maxima tota* Mazamet vrbs à quâ nomé valli.
Valle anteit reliquas populisque ac mœnibus vrbeis
Imâ valle iacet gemino ceu clusa theatro,
Diues opum, longâ sed pace superbior, hostis
Nescia, contemtrix Regum, contraria veræ
Castra sequens Fidei *ritúsque exosa Latinos.*
Pomorum hanc fœta varijs syluæ vndiq́ obumbrant
Arboribus, pinguesque obliquis fluctibus inde
Præruptis manans Thora *montibus irrigat agros;* Le Thore fleuue.

Cuius perspicuis ora ad Phœbeia lymphis
Flexo inter sese colludunt agmine Trocta.
Latæ tecta viæ distingunt; saxeus amplam
Vrbem ambit murus, murum circumluit alto
Gurgite fossa; alta fossam tegit arduus agger
Succinctus fossa & flexæ caua cornua lunæ.
Succedunt pedetentim acies vallóque propinquant.
Præsidijs temerè erumpentem protinùs hostem
Inuadunt, cædúntque, atq; intra mœnia trudunt
Perrumpuntq; vrbem, fugientum auersa vibratis
Terga fatigantes hastis aduersa per arctos
Strage superstitibus montes, quibus ira pepercit
Victoris trepidam patefecit porta salutem
le Fort de Haultpoul. *Altus inaccessa quos* Pullus *condidit arce.*
Vrbs antiqua potens opibus, sed amœnior agris
Diripitur, cinerique datos lacrymosa Penates
Æquatúmque solo murum fusoq; profundas
Cornibus obtusis cumulatas aggere fossas
Adspicit, & quod erat nisi solo nomine non est.
Mazametæ quid tristia fata ruinæ
Stans Princeps, *luges? neq; enim tibi, sat scio, cæso*
Parta placet, sit iusta licet, victoria ciue.
Qui iustis Domini Imperijs parere recusat
Esto Sacer capitisq; luat discrimine crimen
Iura volunt: sed quæ mora te protracta moratur?
Sainct Amãd vrbs. *Non longo* Fanum *vt spatio tibi distat* Amanti
Mazametæ æquandum pro crimine cladi.
Gens Domini *iurata iugo subducere colla,*

Atque nouas Rege abiecto sibi fingere leges.
Fortè per angustos numeroso milite calles
Multus Amantinâ ciuis discesserat vrbe,
Turba laboranti præsentia Mazameto
Arma ferens, denásque trahens per saxa coborteis
Improuisus adest circumque vndantia Princeps
Vt signa efferri iubet, armataque coronâ
Præsidio orbatam vallari protinus vrbem
Principis *exanimeis muris vt proxima matres*
Agmina respectant, vrbem clamoribus implent
Consultumq́; orant sibi maturísque puellis
Quasq́; sibi congessit opes fortuna labórque
Dum licet incolumea seruent: adeunda benigni
Principis *ora priùs; certam spondere salutem*
Supplicibus diâ fulgentia sydera fronte,
Et quæ magnanimo clementia pectore regnat,
Spectata abiecto clementia sæpiùs hosti.
Non secus iratis vbi turgent æquora ventis,
Aut tonitru cælum reboat, stridentque procellæ,
Et rutilo vndosas diffindit fulgure nubes
Iuppiter, exitium terris trifidóque minatus
Naufragium ratibus telo; scelerúmque ministris
Aut flammam, aut vastos rupta telluris hiatus:
Tum simul antemnis sidunt geminoque coruscum
Ostentant cornu iubar accendúntque rudentes
Oebalidæ fratres, maris inclinata quiescunt,
Aëre diffugiunt nubes, cæloque procellæ,
Ortum Eurus repetit, Boreas violentior Arctos

Oraq; flammatis referunt regionibus Austri.
Solis Æthra patet Zephyris, deiecta pauore
Spes vitæ reuocata redit mortalibus ægris.
Ipsæ vna suprema suis incendia tectis
Exitiúmque viris letúmque immane minantur
Pignoribus suaque exactum per viscera ferrum
Ni genua amplexi veniam vitamq; precentur;
Incolumesque domos intactaq; mœnia abenis
Fulminibus. Tandem quãquam obfirmata virorum
Pectora, in ancipites Martis vergentia casus
Femineæ flexêre minæ. Tum missus ab vrbe
Orator pacem exorat, murósque domosq;
Intactasq; euincit opes & criminis expers
Atque exors pœnæ Iusto *inuiolabile demum*
Obsequium Regi *iurat, fideique sacratum*
Dat pignus dextram, testatur sydera & omnes
Si fallat, petit vltores pro crimine diuos.
Præualuere preces iræ; dat ciuibus vltrò
Supplicibus veniam Regisque in iura receptam
Præsidio excedens Princeps *communijt vrbem.*
Angles, vrbs *Non procul hinc validis firmatas turribus* Anglas
Imperijs tentarê placet: deduntur & omnes
Accipiunt, quascumque libet præscribere, leges.
Ecce autem captis Princeps *dum subsidet* Anglis
Præsidiumque adhibet validisque cohortibus auget,
Sic vbi seruandæ consultum impensiùs vrbi,
Redditaque imperijs Regis; *quæ maxima* Princeps
Cura tua est Christique *sacræ reuerentia legis*

Ad

Ad prisca ritus Fidei *, vnde abducta recessit*
Plebs Lausannaa iamdudum infecta veneno
Hæreseos, reuocare paras, tantique ministros
Loyolidas legis officij, nascentibus olim
Armarunt, alios inter, quos numina monstris.
Hic amor, hæc pietas, hæc indulgentia morum
Mazametæâ *quot erant sparsa oppida valle*
In leges traxêre tuas : *his* Coxia *adhæsit.*
Has Ramberga *tulit*, Cabareda *amplexà recepit.*
Sic Henrice venisque, videsque, *ac omnia* vincis.
Sed quò me tot capta tuis post oppida demum
Ragnius *auspicijs reuocat? Téne ergo iacentem*
Morbóque oppressum adspicio inuictissime bello de Ragni.
Marchio, *quem virtus, quem semper amica cruentis*
Hactenùs incolumem bellis fortuna reduxit?
Quem Mars induerat vultúque animisq; manúque.
Post tot vi domitas, tot deditione receptas,
Tot sparsas vrbes, profligatósque Rebelles
Te morbo extinctum adspicio! tua funera Princeps
Adspicit! Et tantum mærens Lodoysius *audit*
Ereptum esse ducem! ô quantum lacrymabilis ollis
Occidis; *at nulli magè quam tibi maxime* Princeps,
Cui tantà perfecta fide tua iussa, timoris
Ille expers, blandus cunctis, gratúsque, Tibique
Pace tuà dixisse velim virtute secundus
Occidit heu! tantum Regno Regique Tibique
Inuidit fortuna virum; *quem semper iniqua*
Fortibus atque bonis parca immaturius astris

Intulit, at quo te decorabit grata sepulcro?
Quos Dux magne *tibi* Lãtgotthia *soluet honores?*
Huic immane tui monumentum ac pignus amoris
Cor moriens liquisti; at quis tua nobilis ossa
Excipiet tumulus ? cineres quæue vrna recondet?
Deliciasq; suósque simul sepelibit amores.
Tristia Ragniadæ *dum luges funera* Princeps
Non exsultantem tantâ audis clade Rohanem?
Ille Cèbennæis *quicquid sine lege virorum*
Colligit in scopulis & suetum viuere rapto
Et prædas agitare genus mixto agmine ducit,
Totóque ingreditur sociorum corpore cinctus,
Casero, Castres. *Hic* Montalbanum, *ac* Caseronem *cogitat immò*
Milialdum vrbs, Millau. *Iam* Milialdæis *secúmque exercitus omnis*
La Croix. *Progressus muris* Cresselia *mœnia tentat.*
Fratrum aderat quintus Crucia *de gente, Regentis*
Imperio fratris missus, pulsatáque dudum
Aere quatergemino labefactæ nunciat arcis
Mœnia, non numero obsessos, non viribus æquos
Hostibus immensis quanquam persæpè fugatos
Stragibus, insultare tamen: fœtentibus arua
Tarnis fluu. Cresselium alluens. *Strata cadaueribus passim*, Tarninque *nitenteis*
Cæsorum rubro mutatum sanguine fluctus.
Nequicquam reuocare gradum, obfirmata potiri
Mens vrbe, aut omnes supremæ occumbere morti.
Vndique vallatam fossis hostilibus vrbem;
Structa etiam certis distantia surgere circum
Munimenta locis, tot circum castra, tot arceis

Prætereà aduerso fluuij stat littore castrum
Et fossâ & vallo horrendum, dixere Caletum — Cales munimentum Cresselio aduersum.
Quâ geminata tonant diro tormenta fragore
Fulmineis tecta alta globis vertentia; solos
Obsessis superesse animos, nec defore donec
Spiritus intrepidos sanguisq; reliquerit artus.
Vix hæc audierat diuersa ex parte quietas
Conuocat vt Princeps *sua sub vexilla cohortes.*
Vastantē hinc Volscas *populantemq; arua* Nemausi — Volscæ, le bas Languedoc.
Mommoranciadem *reuocat, reuocatáque castris*
Castra suis socianda putat, dumq; ille Cebennam
Præpropero saltu superat fanúmque Georgi. — S. George, vrbs.
Edicta hæc geminis sedes à Princeps Castris
Ter non notorum petit interualla locorum.
Albia *deseritur, petiturq;* Valentia *vtrísque* — Valence en Albigeois.
Principis *agminibus; queis suppar creditur hostis.*
Hinc triplici incinctū Montem Ioui' *scandimus arte* — Mont Iaux, vrbs.
Valle sub extremâ cuius vetus eminet ædes
Antiquo memoranda opere, ac mirabilis arte.
Inde per abruptas rupes saltúsque profundos
Longa per obliquas flectentem flumina valleis
Traijcimus Musam *quem paruo* Cernona *tractu* — La Muse flu. Le Cernon fleuue.
Dissitus absorbet qui mixtis auctior vndis
Ingreditur Tarnin *magnóque includitur amne.* — Fanū Georgii captum & dirutum à Rohane.
Hei mihi! quæ Fani *facies? vix integra totâ*
Vrbe domus; laceri pendent à culmine muri,
Et rupto squallent hiscentia fornice templa:
Quin etiam apparent sacræ vestigia flammæ

Vrbe prodita à Præfecto. *Hic furor hoc odium infamis rabiesque* Rohanis,
Rectorísque loci cui nulla in prælia vires.
Non animus, non mens, sed inexsaturabilis auri
Ingluuies sibi commissam qui prodidit vrbem
Perfidus, & populum numerato vendidit auro,
Mœniaq; admisit dirum per aperta tyrannum.
Proditor infami quid ego te nomine prodam!
Mille Scythes dignus crucibus; sed dignior olim
Qui Phrygià crucière siti esuriénsque perenni
Conficiâre fame, vetitus considere mensis
Labráque subiectus arentia tingere lymphis.
En, quæ culpa tua est, tectísque, opibúsque superba
Vrbs olim in cineres versa est captiuáque plebes
Seruitio damnata graui, mactataq; templis
Et solito, pietas hæc gentis, honore Deorum
Hæreticum passa est immani more furorem,
Vidit & ambustis regnata incendia tectis.
Vix tectum tantà Princeps, *in strage domorum*
Sortitus, summis Volscarum *expectat ab oris*
Mommoranciaden, *sed adest, condictáq; magnos*
Vrbs in Castra Duces, bellatricésque cohortes
Fulgentésque Equitum turmas sub mœnia cœpit.
Picta suburbanos condunt conopea campos,
Quà glaucas inter salices atque adsita ripis
Cernona fluuius. *Arbusta vndanti rotat agmine* Cernona *fluctu.*
Arduus interea dum Princeps *agmina scriptos*
Digerit in cuneos; Cressselia mœnia pulsat
Acriùs, & vastà murorum labe Rohanes

Exſilit, & facilis viſa oppugnatio muri.
Hic Milialdeâ quaſcúmque aut forma vetuſq;
Nobilitatis honos generíſque exornat origo,
Euocat vrbe nurus propera in ſpectacula pugna,
Oppoſitique locat celſâ ſtatione Caleti
Spes hominis vana & venturæ neſcia ſortis.
Ac dum diuerſâ reboant caua tympana parte,
Horrendoq; gemens latè fremit æthra tumultu,
Præludunt laxata graui Tormenta fragore
Atque ſerenato condenſant nubila cælo
Eripiúntque diem terris caligine cæcâ,
Lumina præſtinguit puluis, vique eruta muris
Saxa volant, geminantq; ictus ac mœnia ſpargunt.
Pro muro heic aderant Mauortia pectora fratres
Tergemini Crucij; *ſeruandæ proſpicit arci* La Croix.
Maximus, illi hoſtem ruptis à mœnibus arcent.
Heic inter primos ſtabat de gente Melaca
San-Ianus Melitenſis Eques *dextramq; tuetur* De S. Iean de la maiſon de Melac.
At læuam Darræ *regis cui prodiga vitæ* d'Arre.
Atque animæ regnat generoſo in pectore virtus.
Stant medij Tauro *armipotens,* Natúſque Lacũba, de Tauron. Lacombe, ſon fils.
Nauarrúſque gener, *quemque emiſere* Ruthenæ Nauar.
Magnanimus Faber *Odryſijs exercitus armis.* du Faur.
Iunior externis Cruciorum *ſanguine cretus*
Aggeribus Baſtida *praeſt. Hunc ſtipat vtrimq;* La Baſtide, Iunior.
Grex iuuenum egregius toto queis pectore ſæuus de la Croix.
Mars fremit. Hinc celſis murorum plurima pinnis
Morte pudicitiam libertatémque parata,

Vlcisci; saxis, oleóque ardentibus ollis
Et tritam manibus sparsura in lumina calcem
Hostibus exitium lethúmque minatur Amazon.

Oppugnatio Cresselij

Iamque Rohanææ *laxatis vndique turmæ*
Ordinibus sine lege ruunt, ceu quando solutis
Carceribus sese in spatia effudère iugaleis.
Dispersus densum iuuenum globus anteit agmen,
Præluditq; horrendùm vlulans Martémque lacessit.
Principio pugnæ letalibus eminùs hostis
Glandibus exonerat cannas, volitantibus æthra
Stridet & attonitas stridore insibilat aureis.
Vt vallum pedibus superare annititur hostis,
Actutúmque olli primam Bastida *cohortem*
Obijcit, ille gradum meditatâ fraude retraxit,
Tormentisque viam strauit, tum laxa ruinam
Ictu augent, turbántque aciem, sine vulnere miles
Constitit impauidus: forti, dum sustinet hostem

San-Ianus vulneratur glande tormenti.

San-Iano *auersam cruris glans ferrea suram*
Abscidit, ille cadit, pugnâque ereptus in arcem
Inuitus trahitur, socijsq; auellitur ægrè
Vnum occumbenti cui votum incumbere in hostem.
Hinc glandes, saxa inde pluunt; hinc turgida flāmis
Poma in letaleis conferta per agmina strident
Dissultura ictus, incendúntque ignibus auras.
Rapto intrà dextram crepuit velociùs igne,

Darræus dirupti mali ignei frusto sauciatur.

Dum mala igniuoma aduersos Darræus *in hostes*
Fors iacit, & tortis hostilia glandibus arcet
Agmina, correpto dextram velociùs igne

Mißile diſſoluit pomum : cui fortis adhærens
Succedit Faber, & ſocio Taurone ruenteis
Inuadunt, ſoluúntque acies, atq; agmina turbant.
Hos contra Saurinus adeſt, cui credita, poſtquam Saurin Cap: des gardes de Rohan.
Regi arma indixit, cuſtodia fida Rohanis:
Clauſellus ſequitur; ſed nihil iuuat eſſe ſequutum, Clauſel Mareſchal de Camp.
Nam geminæ amborum clauſerunt lumina mortes.
Segnior hæc inter diræ diſcrimina pugnæ
Vulneraq; infaméſque fugas ſtragémque ſuorum
Dux Milialdæis ludens fœda ora puellis
Diuidit, hac lauro victricia tempora nectit,
Qualis in Argolicas fureret dum Marte phalanges
Hector, & Idæos Danaorum ſanguine campos
Mergeret, ac fuſo augeret Simoënta cruore,
Tum Lacedæmoniæ gremio meretricis adultos
Dardanus incumbens patrias modulamine plectri
Inceſtos aulas reſonare docebat amores.
Occiderat tortâ traiectus tempora glande
Saurinus, reliquis letali fiſtula plumbo
Eminùs abſtulerat vitam vel cominùs haſta.
Strictis horrent demùm gladij, breuiórque per enſem
Ad Phlegethontæas Erebi via quæritur vndas.
Hactenus ingentes vtrimque æquauerat actus
Fors belli. Baſtida ferox pertæſus ab imis
Erumpit foſſis, vallóque irrumpit aperto,
Inque oppugnantes armatum protrahit agmen.
Qualis vbi illectus primo Leo ſanguine fauces
Acriùs extimulante fame diſcerpere totum

Dente gregem gaudet fuſoque rubere cruore.
Jamque haſtis haſtæ iunguntur, & enſibus enſes.
Ille Rohanæas acies proturbat humumque
Corporibus ſpargit, prorumpit ab aggere Tauro
Armaque Baſtidæ ſociat: non pectore deinceps
Aduerſo exanimis, iugulo non excipit hoſtis
Vulnera; diffugiunt abiectis turpiter armis:
Terga enſes fodiunt, catapultis nuda vibratis
Dorſa patent, nulla in pectus directáque in ora,
Cuncta ſed auerſo ſcribuntur vulnera dorſo.
Vix locus eſt cæſis: dant primi terga per agros.
Quos fuga præripuit; Milialdæáque propinquum
Perfugium vrbe petunt, traiecto cætera Tarni
Turba Caletanis vertit veſtigia caſtris.
Heſperijs feſſus caput occultauerat vndis
Phœbus & igniuomos diſſoluerat axe iugales,
Tardaque ducebat ſecum leuis Heſperus aſtra
Mox hyperionio poſiturus membra cubili.
Vt Creſſeliacâ ſua Caſtra repulſa Rohanes
Vrbe videt ducibuſque & multo milite fruſtrà
Spem primâ euerſam & tam pulcra exordia fœdos
Iuiſſe in fines aut caſu aut numinis irâ
Vox nulla ore ſonat, crebris ſingultibus aulam
Quaſſat, & immani contundit pectora planctu,
Et frontem ferit & barbam crinémque reuellit:
Nomina cæſorum ingeminat, cælóſque querelis
Pulſat & immites damnat Rhamnuſidos iras.
Hos inter luctus celeri velocior Euro,

Verberat

Verberat attonitas exclamans nuncius aureis
Heic Condæus *adeſt*, & Mommorancius *inſtat.*
Multus Eques, numerus peditum haud numerabilis
Caſtra Georgicâ *iam conſidere ſub vrbe:* *(vlli*
Diuerſa exundant vexilla, aciéſque propinquant.
Principis *audito ſtupefactus nomine penè*
Concidit exanimis, ceu quem reboantia cælo
Dum tumidæ aduerſis coëunt in prælia nubes
Frontibus, immani ſtridore tonitrua terrent.
Ille per obſcuram tacitè iubet agmina noctem
Circum arcem ductis pedetentim cedere foſſis,
Et Milialdæâ *ſe condere protinùs vrbe.*
Tum Phrygis inuiſum linquebat læta cubile
Coniugis Eois oriens Pallantias *aſtris:*
Huic digitos pinxère roſæ, frons aurea, puris
Succingunt collum contexta monilia gemmis.
Diuerſis ſcriptas acies, vario ordine ſignis
Condæus *ductabat agens* Creſſelia *versùm*
Mœnia, & aduerſis properabat fata maniplis.
Ipſe acie in mediâ prior incedebat, & omnes
In ſeſe ſpectantum oculos vertebat, & ora,
Vnde ſuos roburq́, animoſq́, exercitus haurit.
Barbarico portatur equo, cui flammea celſâ
Lumina fronte micant: tremulis ſubſultibus altè
Erigitur, dominique ſacro ſub pondere geſtit
Hoſtilem attollens reuoluto puluere campum.
Implet & inſolitis liquidas hinnitibus auras
Bella ciens, vt iam medium ruiturus in hoſtem.

Ipse Molinæis *tectus fabricata caminis*
Arma gerit Princeps: *Non vertice caßidis aureæ*
Subrugit Leo, non atroci gutture serpens
Sibilat, aut Lyciæ *stant tergemina ora* Chimæræ.
Blanda Dei matris (*Pietas que prisca parentum*)
Effigies, quæ Gnatum arctis amplectitur vlnis,
Qualis Borbonijs *imposita insignibus, extat,*
Virgineo galeam circumtegit aurea peplo.
Thoracis mediô Lernæa *vmbone coruscat*
Hydra *venenatis letalia flumina ructans*
Gutturibus, septena vno ramalia trunco
Erumpunt: linguis strident vibrantibus ora.
Sanguinea ardenteis jaculantur lumina tædas.
Tars capitum intactis stat adhuc ceruicibus hærens,
Pars exsecta solo jacet, exundátque venenô.
Amphitryonades *horrendæ robora clauæ*
Jn dirum exonerat monstrum: Quotq; amputat ille
Obnixus capita, crescitque nouásque resumit
Strage suâ vireis, totidémque repullulat Hydris
Hydra *suo fœcunda obitu: Stupet inscius Heros*
Insolitô attonitus casu: sed protinùs illi
Ardente armatus tædâ Neptunius Heros
Accurrens rapidos ceruicibus admouet ignes,
Nascenteisq; suis sistit tamdem ignibus angueis.
Spectatus blando ante volat Gallesius *ore,*
Eximius juuenis, quem conciliauit amori
Principis *intemerata fides; & Martia fido*
Altè quæ latet illius sub pectore virtus

Præfecit sacræ seruando corpore Turmæ.
Circunstant Boij *Proceres* Biturixque *iuuentus,*
Nobilis & multus varijs Burgundus *in armis,*
Quosq; celer Ligeris, *quos lentus* Sequana *magni*
Principis *arma secuturos in prælia misit.*
Parte aliâ pictis Dux Mommorancius *armis*
Conspicitur, formâque duces supereminet omneis.
Inflatus galeæ supremo vertice Python
Sanguineis rutilos proructat faucibus ignes:
Ventilat vndanteis splendens vbi cassida cristas
Cæruleis niuei pinnis miscentur olores;
Fluctuat altus apex Zephyris: Nec desit Apollo,
Qui capiti impositum indignans inuoluier anguem,
Adducto sinuánsque arcus duo cornua neruo,
Missile letiferum dextrâ librabat ab aure
Connisus, Monstrique caput fixura petebat
Nunquam missa DEO certo sine vulnere cornus.
Et quô dirigeret letalem certiùs ictum,
Thorace in medio Herois *consederat; illam*
Quippè sibi elegit meritô Sapientia *sedem.*
Nobilitas aderat Volscarum *incensa cruenti*
Pectora Mauortis studijs, génsque aspera bello.
Distincti turmis equites latus omne coronant,
Et circum scriptis sub signa cohortibus hærent.
Hinc illinc reboant numeroso tympana cantu;
Æthraq; stridenti quatitur clangore tubarum:
Hinnit equus, subsultat eques, pedes aduolat hostem.
Sed nullus contrà qui prælia misceat ollì

Hostis adest celer obsessa quem protinùs vrbe
Summouit metus, inq; obscuras compulit vmbras.
Libera sic demùm stetit vrbs, atq; hoste fugato
Principis *auxilys, linguisque animisq; soluti*
In noua se totos laxarunt gaudia ciues.
Vix Cresseliacâ *summotus ab vrbe* Rohanes
Cesserat, vt nota repetit sua lustra Cebennæ:
Vnde gradum extemplô referens nunc Africa *lustrat*
Fana, *modò alta petit* Camaresi *mœnia* Pontis:
Nunc mediam Castras *inter parat ire* Vianam,
Vnde sibi Castræ *pateant, plebisque labantes*
Erigat affectus, intestinósque tumultus
Sedet, inabruptóque animos sibi vinciat ære.
Nunc Montalbanum *meditatur: at obuia* Tarnis
Littora deterrent, & quæ pro fluminis orà
Castra sedent: hæret. Qualis, cùm mutua venti
Bella gerunt, tumido nauis deprensa profundo
Nunc huc nunc illuc agitur, parétque duobus,
Ambigua alterius solos quos perferat æstus.
Occurrit Princeps *dubiys contrarius ausis.*
Ergo retrogressus notam redit ille Nemausum,
Vileisque oppugnat pagos, prædam vnde requirat,
Et labefacta fame sustentet militis ora.
Pradelium *intereà* Princeps *sibi vendicat, altæ.*
Deduntur Burlasi *arces,* Argueria *portas*
Victori reserat, vicinique æmula facti
Roquecourbe vrbs munitissima. *Damnatô redyt sub Regia sceptra* Rohane.
Quid fœda latrociniys Ruis *vltima* Curuæ

Funera differres, Princeps*? quid vertere muros,*
Quos potes, aggeribúsque elatas spargere moles,
Tormentisque tuis sceleratam exscindere gentem
Cunctaris? sed præstiterit torquere rebellem,
Inq; graueis olim vitam permittere pœnas.
Vicina exscindis nemora, atq; incendia villis
Passim infers, cædis viteis, vini vbere mactas
Quem sperata vrbi spondet vindemia, censu.
Atq; ea dum clades agris infertur, ab altis
Tectorum speculis, rabie immaníque dolore
Liuida spectantur quatientes pectora matres,
Et populi horrendus vibratur ad æthera clamor.
Audires gemitus vlulantum ac dira precantum,
Quámque prius pereant, sibi iam peryisse videntur.
Vicinâ Rupis curuæ *perterrita clade* — Crucula dicitur, La Croisette vrbs.
Ecce metu Crucula *exanimis non mœnibus ausa*
Fidere perniciem muris ac ciuibus arcet.
Vitam orat supplex populo, incoluméque precatur
Fortunas. Quæcúmque rogat, pius annuis vltrò.
Testatur iurata fidem, Regíque *perenne*
Hæc vouet obsequium, detestatúrque Rohanem.
Cemmenus *hinc petitur tibi* Mons *, ac nota viarum*
Ne quâ parte Fera *effugiat, diuortia claudis.*
Quâ fugit, insequeris, Calna Nantóque *locatis,* — La Caulne vrbs. Nant vrbs. Ceruus, Rohanes.
Quâ fuga sola patet Ceruo *occludenda fugaci,*
Præsidijs, numeroso aditus custode coronas.
Captandæ infractus dum prædæ incumbis & instas,

Ac circumpositis iam comprendenda tenetur
Caßibus, atq; tuis longùm luctata Moloßis
Naualis victoria Regis ex Britannis. *Permittit sese; cui nec super halitus ori est,*
Nec pedibus vires, animisque exhausta fatiscit.
Santonicis IVSTVS *quidnunc* LODOISIVS *oris*
Intereà? innumerà victos qui classe Britannos
Oceano *mergit, centenóque ære carinas*
Fulminat, æquoreisque natantia corpora monstris
Perfidiæ pœnas, scelerata in pabula porgit.
Cætera per dubios tumefacti Nereos *æstus*
Sanguineo plebs *naufragio dilapsa salutem*
Quæritat, & patriæ sola caligantia terræ
Anxia vestigans, tumidis luctatur in vndis.
Pacem orant Proceres *consanguinitate propinquo*
Regi, *& inabrupto conjungi fœdere* Francis
Æternùm poscunt. Iusta REX *immemor iræ*
Supplicibus Pacem *indulget, ruptaq;* Britanno,
Dys modò vindicibus fidei, noua protinùs illi
Ire in iura, nouasque placet componere leges.
Fratríque *æternò sociari fœdere* Pacis.
Dij *voluêre ratam* Superi, *auditúsque sereno*
Iuppiter *ipse polo parte intonuisse sinistrâ.*
Oceanóque *autore cauis* Tritones *ab antris*
Toto acti Pacem *conclamauêre profundô;*
Et placidis egêre choros Nereïdes *vndis.*
Deditio Rupellæ. *Audijt, ingemuítque, atq; indignata solutam*
Dirupit Rupella *comam, laceratáque pallam*
Turbauit liquidam querulis vlulatibus athram

Prodita fœdifrago, violatis legibus, Anglo.
Ergo putreis semesa artus, & pallida longâ
Ora fame, post tot congesta sepulcra suorum,
Tentatos terrarum aditus, tentata profundi
Claustra, etiam armatis pro Libertate Britannis,
Irritaq; auxilia & vanos pro Ciuibus *ausus,*
Non Vrbi *objectas moles, iniectaq;* ponto
Soluere fræna potens, non circunstantia castra,
Non coniuratos dudum in sua funera Diuos
Frangere, conceptasque iras altâque reposta
Mente odia atque arteis obfirmatósque sagacis
Richelij *superare animos, quémque illa suorum*
Vnam vnam incusat caussam autorémque malorum,
Flectere non potuit; deserta, exsanguis, inopsque,
Illa fluens opibus quondam, Domina *illa* profundi
Fœta latrocinijs pelagi, Impietatis Asylum,
Illa Parens scelerum, fax Regni, *dira suorum*
Contemtrix Regum, *cœlóque inuisa sóloque*
Bellua Lernæâ *longè crudelior* Hydrâ
Concidit ô! quâ Claua *manu, quibus acta lacertis,*
Anguineúmque caput, liuentiaque ora venenis,
Tergoraq;, & torta nodosa volumina caudæ
Strauit humi? ac fuso texit tot iugera monstro?
Alcides LODOICE *meus*, Tibi *dextra dederūt*
Numina, frænatóque Mari Terrísque *subactis,*
Iungere bellorum Lauros & *Pacis* Oliuas.
Nempè tuum Solîus *erat spumantibus* vndis
Objicere aërios æterna repagula, Monteis.

Importatus Athos *ponto est*, *exclusaq;* Nerei
Æquora Hyperboreos *summôrũt longiùs* Anglos;
Indignata quidem Gens *hæc*; *sed frigida* Gentis
Ira fuit gelida : *Nihil illius arma nec iras*
Hectoreum LODOICE genus, Te Rege, *moramur*.

CVM DEO.